



Beidt uw tijd
HOWARD LEHMAN GOODHART


IOAN FRANCISC POGGIVS FLORENT

first 3 leaves listing the errors are missing, should have 96ff has only 93.-

2

Io. Franciscus Marlianus Francisco Philelfo sal. d. Pl

c Vpio iamdiu ut nosti Francisce mi Philelfe &
uidere & legere libros quos edidisti conuiuiorũ
mediolanensium: Acceperam enim ab aliquibus sed in
primis a disertissimo preceptore meo Bonaccursio Pi
sano te maxie in huius compositione codicis tui uires
ingenii declarasse: Verum cum hi apud te nõ essent
effectum est ut per multos iam dies hoc desyderiũ me
um explere non potuerim: Tandem nescio quo fato ac
cidit ut eorum mihi legendorum copia sit oblata: qua
quidem re non secus gaudeo & lætor acsi thesaurum
quendam in imis terræ absconditum inuenissem: legi
itaq; & perlegi hoc ornatissimum opus tuum: qua in
re uideor uidere me tanta uoluptate affici ut exemplo
hydropis nulla ratione satiari possim: Soleo ego quan
doque ut tu sæpenumero monuisti me a legum & iu
ris ciuilis lectione ad humanitatis studia conferre. In
quibus me presertim tua delectant opera & eloquen
tiæ & suauitatis plena: sed præter alia hæc cõuiuia mi
hi summopere excellere uidentur miro quodam sale cõ
dita: adeo ut nihil nisi dulce & lepidu; sapere dici pos
sint: Nã præter quod in eo opere nouũ quoddã nobis
& inusitatũ dicendi genus afferas: ꝑterea singularẽ elo
quẽtiã & poesim mirificãq; græcarũ & latinarũ litte
rarũ sciẽtiã: illud mihi potissimũ laudãdũ uidet̃ qđ ita

prudenter & diserte de omnibus scientiis disputas ea rum ortum & incrementum ab incunabulis usq; ut aiunt repetendo: adeoq; apposite omnia contexis: ut nihil ti bi difficile nihilq; incognitum esse unusquisque iudi care queat: Quis enim est qui te non oratorem nō poe tam non philosophum non rerum occultarum & admi rabilium indagatorem illustrem appellet? Ad hæc co mune illi tui tam apte & cōmode historias quasdam in cognitas recensent: ut nihil doctius nec iucundius aut dici aut audiri queat: Lætandum igitur iure merito nobis est: quod talem nostra tempora uirum ediderint: qui & dicendi copia & rerum multarum admirabili scientia tantam sibi nimis laudem uendicarit: ut cū om ni antiquitate iure optimo possit comparari: Efficiat deus optimus maximus ut q̄ diutissime. sis in uiuis: Cū enim innata tibi quadam discendi cupiditate ne mini mum quidem temporis punctum prætermittas quo minus litteris inuigiles: summoq; studio res nobis oc cultas & incognitas perscruteris: quotquot dies uixeris tot linguæ latinæ clara & decora dicabis monumenta: Vale & me sicuti facis ama: Ex Ticino Kalendis Sex tilibus. M.cccc.Lxxvii.

Leonardus iustinianus Francisco philelfo suo salutẽ.

m Isisti nuper ad me optatum diu symposiũ tuum quod non inepte fortassis de quarundam ortu & incremento disciplinarum in scripseris: ut ex ipso titulo uelut ex architriclino statim itelligat lector id quod maxime i libris nouis quæri solet: quas in eo conuiuio dapes sit habiturus. Fecisti autem in ea re pro tua in me summa beniuolẽtia plura: quamobrem tibi gratias habeã. Primũ quod me ante alios uoluisti hac perfrui honesta uoluptate deinde quod libellum priusquã ederetur: arbitratu meo: quanquam minime oportebat: emendandum permisisti: postremo quod i eius initio uelut i frontispicio operis meum nomen honorifice collocasti: ut me quo ad tibi id facer̃ licuit: celebrem redderes & illustrem. Libellus autem ipse cum a me legeretur: dignus profecto uidebatur tua eruditione: atque doctrina. Neque in eo habeo quid primum laudem: aut postremũ: sic omnia cum elegantiarum plena sint: inter se suaui quadã concinnitate: & lepore conueniunt: Nam & illa sermonũ necessitudine & salibus ac facetiis & orationis nitorẽ atque munditia: & uarietate rerum sententiarumque: & imitatione denique illa summorum philosophorũ qui græce symposia conscripserunt: nihil ferme poterat eẽ suauius pulchriusue. Fecisti uero id quod primũ scriptoribus non insulse faciendum arbitror: ut non ~~tata~~ scilicet aut uulgaria: sed nouum aliquid & non ia

trita

ctatum paſſim in medium proferant. Nam etſi uetu ſtiſſima ſunt: quæ in eo co̅uiuio differuntur: & ob id ipſum maiore digna ueneratione: noua tam n putan da ſunt: quia erant illa quidem longinqua: & hominu̅ obliuio̅e prope extincta. Gratias igitur tibi habeat græ cia cuius aliquot præclara inuenta uetuſtate ſepulta in lucem tuo labore & ſtudio ſunt educta. Et latiu̅ quoq; hoc locupletatum munere tuas laudes augebit. Cæteru̅ ut quam ex hoc tuo conuiuio cæpi: famem expleaȝ: al terum quod ad me miſſuru̅ te polliceris: & duos præ terea de exilio libros uehem̅eter deſydero. Interim mi Philelphe: ſi tuæ conſules laudi: n̄ dies modo noctesq; ſed & ſingula quæcunq; poteris: temporis puncta ad ſcribendum conferes: ne fruſtra & ingenii præſtantia̅ & cultum: doctrinam & ſcribendi facilitatem conſecu tus ee̅ uideare. Vale. & Bernardum meum qui te pluri mum colit: ama. Ex Venetiis quinto Kal. Ianuarii. M cccc xliii.

Franciſci Philelfi ad Thomam Thebaldum Mediola nenſe Conuiuium primum.

Collocutores. Rembaldus. Landrianus. Aenicus. The baldus. Metellus. Pilicio. Ferufinus. Alphonſus.

VM grauioribus in artibus at
que disciplinis græcorum inge
nium singularemq; diligentia;
soleo sæpe mecũ admirari Tho
ma thebalde: tum non minus i
his rebus quæ uulgo leuiores
exiftimantur . Nam grauiora
quæ sunt ingenium uelut exci
tant : diligentiamque accendũt
Sed leuia quæque ut contemnuntur : ita homines suap
te natura acerrimos ac strenuos : & hebetes quodam
modo : & tanquam dormitantis reddunt . At mihi
diu multumquecogitanti non is solum laudandus ad
mirandusque uidetur qui magnis in rebus se magnu;
præclarumque ostendit : sed hic multo magis qui
parua quæ dicuntur : & maxima & splendidissima
efficit . Atque magno ac præstanti uiro nihil ne
que paruum nec humile esse potest . Tum enim
recte mihi quisque uideatur facere : si omnia pro sua
dignitate fecerit . Nam neque aliunde sibi pariat :
quam in sese habet dignitatem sapiens : nec quæ agat
digna esse non possunt . Enimuero nonnulla existi
mantur magna dignaque magnis uiris : quæ mea sen
tentia & parua sunt & leuia . Quis.n. ut reliqua omit
tam non gaudet magnifico mensarum apparatu uictus
que elegantia ? Nemo fere omnium est : qui non se.

L. Lucullus — L. Lucullum quam. M. Curium malit. Et Scopam the
Scopas. M. cur. — salum diuitem ac sordidum illum non longissime an
Simonides — teponat cunctis Simonidis poete & modulis & nume
Socrates — ris. At Socrates Sophronisci filius eos omnis qui nihil
Pythagoras — habent hominis præter membra: non pluris faciat quã
Diogẽis Arch. — Simias M agisque delectet aut Pythagore Samii: aut
Diogenis illius Sinopei: quam uel Archelai uel Persa
rum regie conuiuio. Homo enim exterior & pauco es
se debet: & uili cibo contentus. At interior & multam
& uariam & delicatam: eandemque robustam ac ualẽ
tem escam exposcit. Non enim uir ille mihi: sed inera
potius & languida quædam pecus uideri solet: qui seip
Apollo — sum: quod Apollinis præcepto iubebatur: hoc est ani
mum suum non norit. At talis quidem uir ubi ubi fue
rit: & idem semper futurus est: & magnus quidam &
Xeno. Nastur. — admirabilis. Nec pluris faciat pauonem aut murenam
quam uel Xenophõtium illud Nasturtium Persarum
obsonium uel Curii rapas: Haud enim quid os admit
tat curabit: sed quid emittat. Malitque quod animum
leniat: quam quod auris mulceat: & audire quam lo
qui. Constantiam enim atque tranquillitatem mẽtis &
rationis: non uoluptatem titilantemque lætitiam sequi
tur uir sapiens & ingenuus. Quod cum apud alios cla
ros & grauis homines iampridem obseruatum uel uidi
uel audiui: tum maxime hoc proximo conuiuio quo ad
Io. Anto. — sextumdecimum Kal. quintiles: & te & reliquos fa
Rembaldus — miliares uir illistris atque perhumanus Iohannesanto
nius Rembaldus honorificentissime pulcherrimeque

excipitur ubi cum adesset uterque Daualus . Aenicus atque Alphonsus: & cum iis Antōius Metellus: tum Dominicus Ferufinus: qui Philippum Pilicionem eundē & medicum & philosophum secum adduxissent: superuenit Franciscus Landrianus uir æque facilitate morum: suauissimisq; salibus nobilis ac maiorum laude & gloria qui omnem splendissimi conuiuii munificentiam ueluti condiret atq; exhilararet. Fuit .n. eiusmodi id conuiuii: ut nullum Scopam sed & lucullum aliquē simul & Pythagoram aut Diogenem representaret: nec a Simonide quopiam abhorreret. Nam in pulcherrimo mensarum apparatu & copia: sermo etiam nitidus: grauis: uarius: urbanusque fuit: & ita rebus omnibus ornatus ac dulcis: ut nihil mihi similius uisum sit aut Xenophontis aut Platonis Symposii. Non enim te latet: quod nostri conuiuium uocant: Athenienses non Phiditium aut a parsimonia aut ab amicitia: ut lacedæmonios: sed symposiū quasi compotium appellare solitos . Etenim uetustissimus græcis fuit mos: quem nostris uidemus eo rarius obseruatum: quominus semp̄ apud latinos fuit doctissimorum hominum numerus. ut conuiuia quædam litteris mandarent: ubi non de esculētis & poculētis: sȝ de rebus iisce sermo habitus esset: quæ grauitatem haberent sua quadam suauitate conditam. Nam ut nimius iocus scurarum est ita etiam nullus duriorum hominum atq; agrestium duci solet. Qui uero seriis in rebus quasi apto quodam opportunoq; condimento salibus utitur: iure is laudatur: habe

Aeni. Dauالus
Metel. Ant. Al
Dominicus Fe
Feru. Phili. pil.
Frāciscus Lād.

turque facetus & perurbanus. Quibus quidem i rebus graeci maxime excelluerunt. Nam e nostris perpaucos inuenias: qui hoc genere sunt delectati. Idque nulla alia causa factum puto: quam quod modo dicebam pauci tate eruditorum hominum. Et quoniam huiusmodi cõ uiuii mos & apud graecos nunc nullus est: & apud lati nos quantuluscunque tandem receptus fuerat: iampri dem tanquam interiit: uolui eum uel in nullo ocio meo quasi ab inferis primus reuocare in lucem. Nec id ab me arroganter factum quisquam existimet: uelim. Non. n. me fugit quot hac tẽpestate sunt apud nostros qui huiusmodi prouinciam multo fortasse quam ego melius & commodius aggredi atque perficere potuis sent. Nam quis est qui nesciat Leonardum Arretinuʒ faelici quadã & fecundissima ingenii ui atqʒ bonitate eloquentiaque pollere? Franciscum autem Barbarũ & Leonardum Iustinianum uiros patricios & graeca & latina facundia per magnos esse ac prope singularis: ignorat nemo. Quid Guarinũ ueronensem: quid Iho hannem durispam meminerim? Nonne uterque per doctus est: & disertus in primis? Nam uictorinum fel trensem ita omni doctrinae & humanitatis genere insi gnem arbitror: ut omnia possit: quae uelit. Eodem mo do Cincium Romanum hominem grauissimum neqʒ latinis neque graecorum eruditissimis cedere fatentur omnes. Sunt etiam alii plures qui suis operibus conten ti: graecas delicias contemnant. In tãta uero doctissimo

rum hominum multitudine permultos esse: qui huius modi: quod ipse munus arripui: occupare tuerique potuissent: & scio & fateor. Verum quoniam alii aliud iter ingredi maluerūt: in hoc ipse curriculo ut in aliis alias consueui: uersari uolui hoc tempore: ubi quan tūua luerim: tu qui non minus apud omnes ingenii præstā tia & iudicandi grauitate uales: q̃ & auctoritate & gra tia apud Philippum Mariam Anglum: & regum om niū & principum decus: ac lumen: facile iudicabis. Sed iam conuiuium omne sua serie atq; ordine in medium prodeat.

Ihannesantonius Rembaldus: ubi omnes quos expectarat conuiuas apud se cō uenisse uidit: equidem ait habeo uobis gratias omnibus: quod uenistis, denique inuitati. Sed Francisco meo Landriano longe magis: qui ne inuitatus quidem expectari se noluit. Reliquum est: ut cænemus. Recte quidem mones Landrianus subdidit. Tu amque istam sententiam non modo laudo: sed etiā uehementer probo. Miratus autem sum: quid mei quam pulcherrimi huius Alphonsi magis: qui huic tam familiari conuiuio interessem: oblitus fueris: Quod cū nostra familiaritate indignum esse censerem: anteuerti uel minus inuitatus. Fecisti sane respondit ille & amice & recte. Verum te minus inuitatum nihil est qđ moleste feras. Acceperā enī te astris studere ob eā q; rē plerosq; accersitos quotquot esses astronomie pitissimos arbitratus: eos ī conclaue nescio qđ tanq̄ ī gur

Rembaldus

Landrianus

Rembaldus

guſtium detruſiſſe. & ita ex iis mirabilia diſcere: quæ
profecto non inuitus audiam. Nam de Alphonſo quod
cauillaris: modeſtiſſimus eius rubor pudorq; ſingula
ris & illum ſatis & me defendit. Indignum præterea
uidebatur: ſi cum Aenicum hunc omnibus uirtutibus
ornatum eſſem conuiuam habiturus: eundem ab Al
phonſo fratre quaſi peractionem Herciſcũdæ familiæ
diuiderem. Præſertim cum eas habitent ædes: quas ſo
lus paries ab me ſegregat. Veru; tu quid ex aſtris didi
ciſti? Nunquid gemelloſne ex uxore tua ferrarienſi ſu
ſcepturus ſis an gemellas? Inter cænaudum ſi uoles
iſta quæſieris. Nunc quamobrem huc conuenimus ag
Landrianus: grediamur. Quæ ubi Landrianus dixiſſet: cõtinuo ſi
lentium eſt conſecutum. Sed poſteaquam laute diſcu
Aenicus buiſſent: ita non multo poſt inter cenandum Aenicus
leuiter ſurridens ſilentium rupit. Miror equidem Lã
driane: quid tibi in mentem uenerit: quod uxorem du
xeris: qui antea inſtituiſſe dictitabas cælibem fore te.
Num fortaſſe id conſilii aſtra intercepere. Fortaſſis in
Landrianus quit Landrianus. Verum quid eſt quod bene factu; nõ
probes? Duxi ſane uxorem: & eam certe probam. pul
chram. nobilem. locupletem. & quod ſpero fœcundam:
quibus ipſis: quæ matrona non caret: ea nihilo caret.
Nam quod de aſtris: aſtrorumque peritis: quod de libe
ris ac gemellis Rembaldus mecum iocari uoluit: ioce
tur ſane qui uelit. Res tamen ita habet. Non poteſt mi
hi aſtronomia non magnum quiddam præclarumque
uideri. ſi quidem ea natura eſt ſyderum: ut res huma

nas : si non regunt omnino : magnum tamẽ his momẽ
tum afferant. Quod si secus esset : nunquam sapien
tissimus princeps noster tanta cum diligentia in obe
undis negociis diuini illius domicilii motus omnis uiꝫ
naturamque obseruaret. Auctoritate nos frangis Tho	Thebaldus
mas Thebaldus iquit. Quis enim improbare unquã
audeat : quod Philippus Maria Anglus probare uide
atur. Sed dic obsecro quid tui isti Astranomi aut nou	Landrianus
um aut magnum afferunt. Permulta illi quidem &
perutilia. Aiunt enim nescio quid : Nam excidit mihi
inter loquendum. Verum narrato ipse si libet Anto
ni Metelle : Affirmant enim esse tibi Sybillas domi
Itaque potes ex ipsis nosse : quae illi eruditissimi ui
ri de rebus celestibus diuinitus sunt locuti : nisi forte
Sybillae tuae futura magis : quam praeterita memine
runt : quod coniectura assequor : quod lygurgum &
Niciam : quorum mores ac uitas & Plutarchus chae
ronesus graecae inuicem comparauit : & Franciscus
Philelfus interpretatus apud nos est : uix quadragessi
mum : aut ad summum quoniam barbati sunt : quin
tum & quadragessimum natos annum in primo ipso
porticus ad laeuam aditu depinxisti. Sunt enim utri
usque imagines & cute pernitida & coma admodum
fulua ac rutilla. Ad hos autem sales cum rideretur :
Metellus non insulse respondit. Quinam miretur	Metellus
Landriane nugas tibi excidisse : cum plerumque se
ria etiam solent : Quid seria dixeriꝫ : quin tute tibi nõ

A 5

nunquam excidis. Itaque recte feceris: si que apud me sunt in cænaculi pariete. Sybillas consulueris de recuperanda memoria. Nam quod eæ tibi oraculum reddiderint: nunquam obliuisceris. De lygurgo uero & numa suauissimum tuum dictum admitto: quoniam & lygurgum iam seniorem Plutarchus refert diem obiisse: & numam octogita iam annos natum aut etiam amplius non cæleri nec repentino quodam obitu: sed senio sensim ac leni morbo confectum ex hac luce migrasse tradidit Piso. Hæc uirum illum quem doctum existimabam: cum & annos utriusque regis liniamenta atque habitum & formam omnem pictori coram præsensque exponeret: ignorasse miror: fieri tamen posset: ut etiam natu grandiores eiusmodi essent & coma & barba. Quod quidem illle familiaris meus apud poetam aliquem aut historicū fortasse reperit. Tum Landrianus cum tercium iocabundus esset addit urus aut etiam somnians: interpollatorem se præstat Dominicus Ferufinus: Aduerterat enim Alphonsum adolescentem ad Aenicum fratrem loquētem Virgilianum nescio quid insusurrasse Quare mox dixit audiamus obsecro Alphonsum. Quid tu ais Alphonse: dic rogo: quid sentias. Ille autem rubore perfusus est: respondit que nihil. Quod cum Philippus Pilicio uidisset: ait: sinite: si uidetur:

Ferufinus

Pilicio

nerecundum hunc: & probum adolescentem. decet enim huiusmodi ætatem uel ipsius Lycurgi instituta potius audire quam loqui. At Aenicus facile nobis ex plicet: quid secum Alphonsus occultius loquebatur. Sed Aenicus: ut est omni in re impiger: nihil cuncta tus dicebat inquit frater nebulonem sibi uideri cũ qui tali capillo Numam barbaque fuisse asseruisset. Esse enim de illo rege apud Virgilium in sexto Aeneidos hosce uersus. Quis procul ille autem ramis insignis oliue Sacra ferens? nosco crines incanaque menta Re gis Romani primam qui legibus urbem Fundabit cu ribus paruis & paupere terra Missus in imperium ma gnum: Quæ ubi Aenicus locutus est: facito inquit Fe rufinus tuos tibi familiaris ille nũmos restituat: si quos forte mercedis nomine accepit: Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis. Nam nec is solum uænalis mihi seruus dicendus uidetur: cuius trans mare aduec ti pedes notari creta illa uillissima Romam prisci isti tuerunt: sed hic multo magis: qui stultitie seruus sit. Atqui si familiaris ille tuus esse quam uideri doctus. Metelle mallet: nunquam se rudem ineptumque præ staret: id qđ certe facit omni ĩ re. Sed tu quæso cur isti usmodi prouinciam: quam facile ipse obire posses: al teri unquam mandabas: homini præsertim circun foraneo ac fatuo? Non patitur Ferufine publi

Aenicus

Ferufinus

Metellus

meæ huius ædilitatis munus me priuatæ cuiuſquã rei
curam gererẽ. Itaque domeſticarum rerum omnium
procuratores habeo: qui ſane. ut uidetis. curãt oĩa negli
gẽter. Verũ facile factu fuerit colorẽ iſtũ: ſeu fuluuꝫ ſi
ue rutulũ uoces: uel cineratiũ: uel gypſeũ redderẽ id: qđ
faciundum poſtridie curabo. At uidere uideor landri
anum quod exciderat excepiſſe: quare hunc audiamus
mirabilia quædam de aſtronomia quam nunquam di
Landrianus dicit: diſſerentem. Num ita facturus es landriane?
Qui confeſtim deinde inuertens: inquit de me ne
Metellus Metelle: an de nobis loqueris: De utriſqꝫ me her
cule: loquere tamen auditu: ſi libet: audiemus enim te
Landrianus non inuiti. Tum ita landrianus exorſus eſt. Poſtea
quam meus ille fugitiuus ſermo in mentem rediit: eũ
nobis omnem cicatricoſum oſtendam. Prima diſputa
tio illorum fuit de cæleſtium orbium numero: quos
alii octo eſſe omnis uoluerunt: Alii nouem: idque ſe
cundum Claudium ptolomeum Alexandrinum. Qui
dam uero undecim: & id quidem ex ſacris libris affir
mabant. De quibus quidem rebus permulta mihi gar
rire uiſi ſunt. Deinde multa de Idæa cæli contende
runt: Quæ ſi uelim ſigillatim commemorare non mi
Pilicio hi cænabo: ſed miniſtris. Tum Pilicio ſaltem in
quit nobis expone quid Idæam eſſe definierint. Ma
Landrianus xime inquit landrianus: modo ipſi quoque donec phi
loſophor: parcatis obſoniis. Cui cum eſſet obtem
peratum: Idæam aut fuerunt qui dicerent ſubſtãtiam
eſſe icorporeã: quæ ipſa per ſe nõ ſubſiſteret: ſed ifor

mis materias figuraret: earundemque apparentium ca usa fieret. Dicebatque & Socratem & Platones existimasse Ideas esse substantias ab materia separatas i dei hoc est mentis intellectionibus, atque imaginatiōibus subsistentes. ¶ Perpulchre quidem inquit Pilicio nobis Landriane philosopharis. Quantum uero: quae ducis: intelligas: ipse nosti. Non enim parua res est. Nam Aristoteles quoque species atque Ideas posuit: sed nequaquam separatas ab materia. Praeterea qui a zenone fluxerunt: stoici Ideas reliquerūt: quas aliud nihil esse quā nostras notiones disputabant. Verum qui ista quae nobis refers Landriane intelligis. ¶ Non secus īquit quam uel tu equestrem ac militiā: uel ego medicinam & phisicen. Sed quaeso attendite: que paucis expediā Sunt enim mirabilia quaedam de solis tum substātia: tum magnitudie: tum etiam figura. Empedocles Agrigentinus. ut illi inter se differebant. duos posuit soles: quarum alterum statuit esse archetypum ignem in altero mundi hemispaerio: qui hemisperium semp e regione suae ipsius lucis reuerberationi obiectum cōpleret: Alterum uero qui apparet esse lucis reuerberationem: quae in altero hemisperio: quod calidi aeris ipleť a terra circunfusa per refractionem efficitur ad solem cristalinum: eademque trahitur simul cum motu uis igneae. Et. ut compedio utar. solem ipsum nihil aliud esse uult: quam ignis: quo terra circundatur: reuerberationem. Sed Anaxagoras & democritus. & Metrodorus solem esse uoluerunt laminam aut saxum ignitum.

Pilicio

Landrianus

Philolalus uero Pythagoreus uitreum dixit: qui mundani ignis reuerberationem reciperet: cuius lucem ad eos transmitteret. Itaq3 speciem illam cælestis ignis solem representare existimauit. Tum demum ab eo etiã speculum ac tertio lucem quæ a sepculo per refractionem ad nos dispergit. Hanc.n. lucem appellamus solẽ ueluti simulacrum simulacri. Erant etia3 qui ad postremum Epicurum afferrent: qui dixisset solem eẽ terrestrem spissitatem quandam quasi punicem: quæ foraminibus ab igni sublata atq3 accẽsa esset. Tũ Aenicus quod plus certi isti omnes habeãt inquit: quam Anaximander Milesius non intelligo. Hic enim circulum esse uoluit: qui octies uicies maior esset qua3 terra: haberetq3 curuaturam carpenti rotæ persimilem: & etiam quidem cauam atq3 ignis plenam. que parte quadam per hostiolum ignem ostenderet: tanquam per tibiæ foramen. Eam autem rem solem esse. At Xenophanes Colophonius: Ferufinus inquit: solem constare arbitratur igniculis qui ex humida euaporatione cogantur: aut esse nubem quandam ignitam. Ne ego quoque Thebaldus inquit: solus uidear ignorare solem: ut & Platonem omittam & stoicos: qui solem uirique mentis capacem statuerunt: At ille ex igni plurimo .ii. uero e mari ardorem esse existimarunt: assertior equidem Aristoteli qui solem censint esse ex quinto corpore. Tum Metellus iam de magnitudine Landriane: si quid certi habes: expone: quando quidẽ solis substantia Phænice certior nobis est. Faciam

Aenicus

Ferufinus

Thebaldus

Metellus

inquit Landrianus : & quidem libens : quandoquidē Landrianus
ad ſolis uſq; currum penetrauimus quaſi nouus quidā
aut Prometheus aut Phæton . Claudius idē Ptolome
us probat ſolem eſſe quam terram maiorem centies ſe
xageſies ſexies additis octauis tribus. Nam gradui cæ
leſti reſpondere in terra ſtadia ſeptingenta gradus ue
ro trecentos eſſe & ſexaginta. Itaque ſtadia omnia ſup
putari duo & quinquaginta ac ducenta milia : uni
uerſum autem ſolis orbis circuitum complecti milia
paſſuum ducenta octoginta ſex ad bis decies centena
& quadringenta nonaginta duo milia . Sed ipſius
corporis ſolaris ambitum continere paſſuum milia
ducenta quinquaginta ad centum ſeptuaginta tria
milia . At idem anaximander : cuius modo me
mineram : inquit Aenicus exiſtimat ſolem ipſum Aenicus
terræ magnitudine reſpondere : Sed ſolis circulum
unde manat : & ubi fertur octies uel. ut quidā referunt
ſepties ac uicies maiorē eſſe quā terram. Atqui anaxa
goras inquit Metellus ſolem putat multo maiorem eē Metellus
Peloponeſo. Ego autem inquit Ferufinus : ſentio cum Ferufinus
Heraclito: qui ſolis magnitudinem reſpondere uult pe
dis humani latitudini . Callidior mihi Thebaldus Thebaldus
inquit uiſus eſt Epicurus: qui cū oīa de iſtiuſmodi ſo
lis magnitudine dicerentur: ſigillatim uera eſſe poſſe
dixit: aut ſolem quantus uideretur tantum eſſe: aut pau
lo maiorem aut minorem. Verum audiamus de figura
Figura inquit Landrianus. ut Anaxameni placet . Landrianus
eadem eſt ſolis quæ pepli . Tum Metellus ego in Metellus

Thebaldus quit mallim credere Heraclito: qui solem putat similē
esse succuruæ scaphæ. ¶ Cur inquit Thebaldus non
potius assentiamur stoicis qui solem censent orbicula
Ferusinus rem ut & mundum & astra. ¶ Sed Epicurus inquit
Ferusinus: dicit omnia ista uera esse posse. Ego uero
Rembaldus & de solis substantia: & magnitudine & figura multo
nūc incertior sum quam prius. ¶ Tum Rembaldus
maxima iquit me uoluptate uarius iste sermo idemque
eruditus profecto afficit. Delector etiam Alphonsi at
tentione: quem tamen miror quid tam diu silentium
Aenicus agit: quem saltem discēdi gratia locutum aliquid opor
tuit. ¶ Recte iquit Aenicus mi frater Rembaldus mo
net. Loquere tandem aliquid: ne tua nimia uerecundia
Alphonsus te mutum ostendat. ¶ At quid ego respondit ille: ad
ista mi frater loquar: quæ mihi ab atticis usque litteris
Rembaldus ut aiunt. uidentur repetita: ¶ Dedisti nobis Alphōse
Rembaldus inquit sermonis ansas. Nam quid atticas
litteras appelles: nescio. Itaq; doce quæso: & unde lit
teræ nobis sint: & cur atticas nomines: quæ ab Arca
dibus manarint ad lationes [latinos]? Et quoniā res mihi uidet̄
nequaquam uulgaris si quando fortasse uel lectitaris:
uel audieris quinam omniū primus litteras inuenerit:
erit etiā ingenui moris tui id referre in mediū. Audio
.n. te mirabili quadā uti diligentia i rebus singillatim
alphonsus omnibus perdiscēdis. ¶ Cuperē sane iquit Alphōsus
me eum esse Rembalde: quem laudas. Sed ut nosti ni
hil adhuc mihi per ætatem aut præclarum aut magnū
didicisse licuit. Sed quantum ad litteras attinet: nihil

aliud certi afferre possum quam quod ex magistro ac
cepi: quem mihi humanissimus princeps noster doc
trinae gratia praefecit. Nam ut is ait ex optimis auctori
bus didicisse latini quidem Nicostratam cognomēto
Carmentem habent auctorem: quae cum Euandro filio
ex Arcadia in Italiam nauigans cum uaticinandi peri
ta oracula petentibus futuros canit euentus litteras grae
ciam imitata latinis tradidit. Arcades autem atq3 oēs
ferae graeci Cadmum proferunt: qui primus apud se lit
teras inuenerit. Cadmum uero alii fuisse contendunt
qui & Milesius & Pandionis filius scribendae historiae
soluta oratione id quod plerique Pherecidi syrio ascri
bunt: auctor fuerit. Alii autem haud hunc sane Cadmū
sed illum potius qui Agenoris filius Thebas cōdiderit
Quod eo uidetur probabilius: qđ is Cadmus Milesius
Orpheo alquanto minor ostenditur. At Orphei extāt
adhuc scripta quaedam & argonautica & hymni. Et
quoniam Cadmus ille quem diximus Agenoris filium
ex Phoenicibus in boetiam delatus eas litteras graecos
docuit: propterea phoenicas appellatas uolunt: quo eti
am nomine uidemus ciceronem usum in libris de natu
ra deorum. Lydi autem & Iones ductum id nomen ar
bitrantur ab phoenice eiusdem Agenoris filio: ab quo
primum eas repertas uolunt. Sed his cretenses nequa
quam assentiuntur. qui eo sic nominatas affirmant: qđ
palmae foliis: quae phoenix dicitur: prisci scribere con
sueuerunt. Scamon uero in secundo libro de inuentis
scribit huiusmodi nomen litteras duxisse a phoenaci

Actæonis filia. Actæoni enim marem neminem: filias autem quattuor fuisse Aglaurum Hersam. Pandrosum. ac phoenicam: quæ quoniam diem uirgo obiisset Actæonem patrem ob illius honorem phoenicas litteras nominauisse. Sunt etiam qui uelint Linū Chalcideum ex phoenice litteras tulisse ad græcos & eundem eas Herculem docuisse. Sed quāquā de nominis huiusmodi positōe dissētit opinio quoquo eæ tū modo ad græcos traiecerint: a phoenicibus traiecisse communis doctissimorum hominum auctoritas uno ore consentit. Ac per id arbitrati sunt nonnulli a phoenicibus litteras primum inuentas: Id quod lucanus quoque uidetur psensisse: cum dicit phoenices primi famæ si credimus ausi mansuram rudibus uocem signare figuris. Sed quantum intelligere possum res est longe antiquior: & ab grauioribus profecta principiis. Nam ipsi phoenices a Iudæis litteras cepere. Harum apud Iudeos auctor quo tempore ferret diuinas leges Moyses fuit. Hic autem Caldeos ac Syrios in illis inueniēdis secutus est. Ii autem harum omnem originem ī Habraam referunt: quo nomine & conspicuum & excelsum patrem ob eius mentis circa cælestia contemplationem in libro de gigantibus interpretatur Philo. Habraam enim quibus primum temporibus inter chaldæos erat in consyderandis syderum & cælestium orbium motibus in rerum causis atque principiis inquirendis in tota denique natura penitus contemplanda sese patria quadam lege collegerat atque exercuerat. Quo tandē

studio: qua industria factum est: ut non modo sacras litteras innuerit: eloquium excoluerit ac perpoliuerit: somniorum inuolucra & primus omnium soluerit & reliquis patefecerit id quod idem philo in ipsius ciuilis testatur uita: sed etiam inueteratum irroboratumque & suum & suorum errorem in colendis habendisque pro deo gentium simulacris ab ipso usq3 Serucho ad patris Tharræ sæcula e medio sustulerit. Na3 ubi sua illa speculatione profundioreq3 sapientia unum eē pri cipem comperisset: qui & orbium motionem & mea tum astrorum omnem ordine certo moderaretur: tū im mensam mundi totius machinam ornatumque mirabi lem tantamq3 naturæ uim suo nutu regeret atq3 guber naret: sese primum ad ueritatis scientiam cognitionem que confirmans: Deinde patrem Tharrhā ex quo astro nomiam acceperat: monens quid tenendum: quidque sectandum foret: tabulis ac signis omnibus partim con fractis: partim igni traditis quo apparentis dei obtem peraret imperio: chaldæorum relicto solo in charā pri mum inde patre mortuo in agrum chananeum postea uero ob uim pestilentiæ in ægyptum decessit. Quibus tandem rebus effectum est ut quoniam multarum ma ximarumque gentium pater esset electus: Habraam di ceretur. Sed ne sim longior quam oportet hæc in præ sentiarū omittamus. qp̄p̄ c q̄ ad id qđ q̄rebat̄ n̄ admo dū ptinēt. Habraā is igit̄ de quo loqmur primus oiu3 mortaliū litteras iuēit: n̄ solū patriarcharū p̄nceps ue rū ēt i philosophia & i oi urbāior̄ eruditiōe clarissīus

Quod autem atticae dicerentur: id cecrops uetustissimus & rex & legu latores effecit: qui uel obsoletas illas renouauerit: uel minus adhuc fortassis apud Athenienses cognitas edocuerit. Sic enim quas leges laturus erat diutius conseruatum iri censebat. ob idq; uidetur sensisse posteritas litterarum inuentionem cecropi dandam. Tenetque uel hac tempestate inter graecos usus ut audio cum quid uetustissime factum proferre uelint: ut id litteris atticis factum dicant: Quare cum Aenicus frater me aliquid ad ea loqui hortaretur quae ab uetustissimis repetita astronomis iam prope ex hominum memoria exciderant: de litteris atticis uerbum feci.

Rembaldus Quae ubi Alphonsus miro pudore locutus est: inquit Rembaldus fuit certe sermo tuus Alphonse & suauis & grauis & eruditus in primis. quo quidem ipso cum ipsarum rerum cognitione: tum tua causa sum non mediocriter delectatus. Itaque ut & litteris & omni humanitati operam tuam omnem industriamque accommodes: te etiam atque etiam hortor ac rogo. Quod si

Thebaldus feceris eum te uideo uirum fore quem nulla posteritas conticescat. Tum Thebaldus: quanquam inquit assentiendum Alphonso arbitror: tamen quid iis respondebimus: quae uiri quidam haud rustici de Palamede memoriae prodiderunt.

Metellus Quaenam inquit Metellus? Nunquid litterarum inuentionem sunt: qui Pa

Thebaldus lamedi dandam existiment? Valde inquit Thebaldus. Nam Palamedes natus Nauplio patre & matre Clymena Agamemnonis sorore & poeta fuit illustris: &

philosophus non uulgaris: scripsitq; poemata nonnulla quae. ut quidā tradunt. per Agamenonis posteros perie runt: idq; quoq; inuidia: quae claris uiris semp esse infesta solita est. Alii eorum interitum Homero dedunt: qua si homerus quoq; talis ille tantusq; uir. quod creditu difficillimum sit. istiusmodi pestiferi morbi contagio non omnino tacuerit: Huic inquam Palamedes & sua & philosophie sollertia calliditateq; fretus cum dege ret in castris ilium diuturniorem obsidionem: ne tem pus labi per negligentiam atque desidiā pateretur: inue nit plæraque quae pactum conducerent rebus gerēdis inerti ocio tollendo: partim animi ægritudinem tolle rēt. Quare & tabulas repperit & aleas ludendi gratia Numeros autem ad censendum exercitum. Suffragia uero quibus in iudicando deliberandoque uteremur. Ad hæc mensuras & pondera quae tum publice tum priuatim usui sunt praeterea litteras quarum & uolup tas maxima est: & utilitas per necessaria. Quod litte ras aliquas addiderit Palamedes inquit Metellus fieri fortasse potuit. sed quod omnes inuenerit: id cum alii multi inficientur: tū Cecrops ipse & Moyses qui diu ante bellum troianum tulerūt per eadem tempora scri ptas leges: alter hæbreis: alter atheniensibus. Recte quidem inquit Aenicus Metelle mones. Non. n. reppe rit principio litteras Palamedes: sȝ quattuor addidit ζ unum: & tris illas Græcorum crassas: quas uocant .ϑ. φ. X quarum locis item nos consonantes cum aspiratione quibusdam in dictionibus solemus scribe Metellus

re th ph ch. Sunt etiam qui X quoq; a Palamede ad
ditam uelint. Inter fectus est autem palamedes ob pul
cherria illa sua inuēta ab anguilla Egyptiacha. Quod
quidem dictum cum omnes mirarentur: inuicemque
requirerent: quænam ea esse tanta anguilla potuisset:
quæ palamedem interemerit. An inquit Aenicus mi
Aenicus nus aliquando audistis solitos Aegyptios ante inuen
tas litteras: quarum apud eas auctor Mercurius is fuit
cui uulcanus Nili filius successit in regnum uti pro lit
terarum munere animantiu; figuris: reliquisque huius
modi corporibus ac signis: id quod & cherenio docet
Ferufinus & Horapollo. Quid postea inquit Ferufinus? Na; no
ui id quod uel ex Lucano cum ait: Nondum flumine
as Memphis contexere byblos Nouerat: in saxis tan
tum uolucresque feræque Sculptaq; seruabant magi
cas animalia linguas. Quoniam per inuidiam inquit
Aenicus Aenicus periit palamedes. Inuidia uero ita bonis om
nibus est infesta: ut anguilla piscibus: quarum omniu;
societatem & communitatem fugit. Eodem etiam mo
do si quem poggium Bambalionem ne Nicolaum uel
lemus significare secundum Egyptios duos perdices p
pter eam: qua senio confecte istiusmodi aues contume
lia se afficiunt. Quod si iniustum atque ingratum ho
minem notare quis uelit: pingat eadem ratione aut du
as hyppopotami ungulas dehorsum uersas aut colum
bum. Nam & columbus quanquam bilis est expers &
qui in uniuersa animantium pest letia solus illius mor
bi contagio & pernicie uacat: in parentes se tamen in

gratum præstat atq; infestum. quippe qui robustior factus patrem pugnando a matre fugat: cui ipse miscetur. & equus ille fluuialis: cuius statua Pyphone Hermopolitæ repræsentabant: cum primum per ætatem licuerit: patrem experitur uiribus: quem si quidem pugna superarit ac sibi locum cedere uiderit: matri nubit uita patri concessa. Quod si uictus pater minus ei permittat cum matre concubitum: tum patrem filius robore uiribusque fretus interimit ac matrem comprimit. Itaque non absurde iidem Aegyptii ad inferiorem partem duas item pingūt eiusdē hippopotami ungulas: quo id homines intuentes: & quod de fluuiatili bel ua dicitur cogitantes: sint in referenda gratia promptiores. At talia quidem multa Aegiptii pictura exprimere apte prudenterque consueuerunt ante inuentas litteras: seu illi primi inuenerint: qui uel Vulcanum ipsum perhibent antecessisse Alexandrum magnum annis octo & quadraginta milibus octingentis sexagintatribus siue aliunde eas acceperint. Quæ posteaquam cum incredibili omnium taciturnitate atque attentione locutus est accedit unus e Rembaldi pueris: qui iussus ut existimo nutu domini sublatum apte cyatum tribus dygitis nisus pedibus summis totumque agens decore corpus tum in læuam tum in dextram quasi per semicirculum inclinato capite illum eidem præbuit accipe dicens ornatiss

sime Enice. Iam enim tempus bibendi datur . & uinū cum suaue & firmum est: tum ex ipso dolii medio: & quod stomacho uel maxime conducit: ne dilutum qui dem. Tum iocabundus ad Rembaldū conuersus Aeni cus: eundem ait Rembalde habes & præbendi poculi & uini & medicinæ peritissimum puerum. Exceptū que cyatum ingenue Landriano præbuit. Quē excep tum ubi is exhilarata facie summotenus attigit. Propi no inquit pulcherrimo alphonso. At hic Thebaldus le ni cum risu: cur non mihi oportuit. Sed opportūe Fe rufinus sinamus inquit Landrianuz uti sua naturæ sua uitate in hunc probum adolescentem: quem quia uere cundum nouit eo suis salibus sæpius lacessit: quo eius indolem atq; animi robur experiatur. dixit puer iste cū Aenico poculum præberet uinum esse e medio dolii Num propterea melius est quia e medio dolii quā aut ab summo aut ab fundo ipso uinum hauriatur? Id qui dem inquit Metellus dubitat nemo: sed cuiusce rei causa querenda uideatur At ea est thebaldus inquit ut mihi uideatur minime dubia. Nam quemadmodum mel: quoniam & crassum sit & terrestris nature melius est ad fundum: & oleum propterea præstat ad sum mum dolii: quia & aereum sit & alta petat: ita ui num quia ueluti mediocris cuiusdam naturæ sit ad medium etiam dolii longe firmius suauius: melius est: quam ad eius aut principium aut finem.

Nam quod uino uel dilutissimo ac pauco uten dum sit: ea ratio docet: quod omne uinum ac ma

Aenicus

Landrianus

Thebaldus

Ferufinus

Landrianus

Metellus

Thebaldus

xime nigrum spiritus est plenum Itaque prohibet Ari
stoteles & pueris & nutricibus uinum bibendum. Ni
hil. n. interest puerine: an nutrices utantur uino: quan
doquidem hæ illis nutrimento sunt. Sed mihi credite
in omnem ætatem uinum est periculosum. Nam cum
spiritus ille: quo uinum affatim abundat: sursum fera
tur: is retro descendens uenas inflat: quarum libero
transitu impedito ac ueluti itercIusa uia qua respiratio
fit si non continuo mors: plerūq; tamen sequitur mor
bus comitialis. Et ut prætercam perpetuum membro
rum tremorem. sensus excessionem: mutationem for
mæ. amissionem uocis. coloris uariationem. oculorum
ignem. oris uel anhelitum uel fætorem aurium mur
mur. narium fremitum. periculosam phrenesim. acer
bum calculi dolorem mirabilem podagram. depraua
tionem articulorum. exitialem cruditatem. frequentem
& intolerabilem uomitum: quæ omnia atque alia pro
pe infinita sunt corporis tormenta atque cruciatus non
ne uinum libidinem fouet: incendit insaniam: mentem
que loco mouet? Atque illud hoc profecto erat: quod
per Hieremiam dominus loquebatur: cum dixit: Bi
bite & inebriamini & uomite & cadetis & non surge
tis. Ex uino etiam ut cum Ambrosio expressius loquar
fiunt homines quasi mutata natura equi ad hinnien
tes: si quidem naturali uapore corporis: et præter natu
ram uini calore inflammati cohibere se non queunt: et
in bestiales libidines excitantur: ut nullum tempus præ

b. 5

scriptū habeāt: quod deceat īdulgerē cōcubitui. hinc et uāe imagies. icerti uisus: istabiles gressus: umbras sepe transiliunt sicut foueas. Nutat his terra. Subito erigi & inclinari uidetur: & quasi uertatur timentes in faci em ruunt & solum manibus appræhendunt. Aut con currentibus montibus sibi uidentur includi. Quid mul tis? Cum canes uiderint: leones arbitrantur & fugiunt Alii risu soluuntur incondito: alii incō solabili mærore deplorant. Alii irrationabiles cernunt pauores uigilan tes somniāt dormientes litigant uita his somnium est. Somnium uero mors: & quicquid morte durius aut di ci aut fingi potest. Itaq3 uino aut nihilo omnino aut di lutissimo & admodū pauco utendū est. Tum Pilicio uideo te inquit Thebalde non oratorē & philosophu3 sed plane medicum. Et facis tu quidem recte. Non. n. parua res est medicina neq3 noua. Nam si hyppocratē ipsum legere uolueris: quē huius eximiæ præstantissq3 disciplinæ & patrem habemus & principē: nihil erit reliquum: quod desyderes in omni laudatissimarū ar tium genere. Quod magnus quidē & illustris uir hyp

Thebaldus

pocrates fuerit inquit Thebaldus: facile assentior. Sed iuetio medicinæ altius repetēda est. ut existimo. Et unī

Pilicio

cam putas? Inquit Pilicio: narra quæso dum nos cæna

Thebaldus

mus. Mones tu quidem probe: Thebaldus inquit. Ve rum quoniam utrunque præstare possum & dentium & linguæ uicissim munus: narrabo inter cænam dum

quod petis. Disciplinarum omnium antiquissimam esse medicinam: uel eo argumento probari potest: quod artium magicarum: quae inde fluxere: Zoroastres auctor perhibetur. At Zoroastres ipse: qui Agonetem audierat: fertur antecessisse Troianum bellum annis quinque milibus. Primum uero qui medicinam inuenerit: ueteres prodiderunt Apin phoronei ac Pithonis filium: quem Ochus ferocissimus ac saeuissimus rex persarum: cui Machaerae cognomen tum dedit animi immanitas & obtrūcauit cenauitque cum amicis. Nunquid fortassis istud inquit Ferusinus: quoniam apidis etiam caro esset medicinalis? Fortassis inquit Thebaldus. Est enim medicinalis praesertim iis: qui boue ad arandum delectantur & asino. ut aiunt Poggium. Atqui Apin ipsum regem Egyptiorum fuisse scimus: tantoque in honore & admiratione habitum ob pulcherrimum hoc salutiferumque inuentum: ut pro deo tandem coleretur uocareturque Osiris: id quod multi oculi significationem reddit. Os enim Aegyptiorum lingua multum significat: Iri autem oculum: perinde atque uir oculatissimus ac magno ingenio magna prudentia fuerit: qui tam salutare auxilium mortalibus inuenisset: ob idque Appollinem esse eundem uolunt. Hunc Aesculapius est secutus: qui per magna medicinae

Ferusinus

Thebaldus

attulerit icrementa: utpote qui ea de re: quod ante ipsū nemo fecerat: scripta reliquerit. Nam ut Hippocrates docet medicorum omnium eruditissimus idemq; elo quentissimus Nauiculam quam nominãt: scripsit escu lapius. Aesculapio autem duo fuere filii podalirius & Machaon: qui bello Troiano secuti Agamenona ducē attulerunt non mediocrem opem Græcorum exercitui Deinde longo quodam interuallo qui ex sapientiæ ꝓ fessoribus secuti sunt huiusce disciplinæ nequaquam ignari. Pythagoras Samius Empedocles Agrigentius Democritus Abderites: cuius discipulus ut quidā putāt hyppocrates Chous: qui & patrē heraclidem post Ela phi medici Chrysæ filii: qui & ipse genus ab Aescula pio duceret: primum audiuerat: deinde herodium Seli brianum & gorgiam Leontinum rhethorem ac philo sophum & prodicum ut quibusdam placet & ipsū de nique democritum senex iuuenem: hippocrates iquam Chous medēdi scientiam cumulatissime exhausit atq; effecit. Post hunc Diocles Carystius in medicia claru it. deinde & Praxagoras & chrysippus. Quos postea sunt secuti herophilus qui uenarum pulsum in musices pedes discreuit per ætatis gradus. atque Erasistratus Aristotelis filia genitus: qui ob seruatum Antiochum regem donatus est ab eius filio Ptolomeo talentis cētū: seque ab experimentis cognominauit Empericum. Tum Seraphion plurimum excelluit: quem secuti sunt Appollonius & Glaucias: & non multo post

attulerit icrementa utpote qui eã de re: quod ante ipsũ nemo fecerat: scripta reliquerit. Nam ut Hippocrates docet medicorum omnium eruditissimus idemq; elo quentissimus Nauiculam quam nominãt: scripsit escu lapius. Aesculapio autem duo fuere filii podalirius & Machaon: qui bello Troiano secuti Agamenona ducẽ attulerunt non mediocrem opem Græcorum exercitui Deinde longo quodam interuallo qui ex sapientiæ ꝓ fessoribus secuti sunt huiusce disciplinæ nequaquam ignari. Pythagoras Samius Empedocles Agrigentius Democritus Abderites: cuius discipulus ut quidã putãt hyppocrates Chous: qui & patrẽ heraclidem post Ela phi medici Chrysæ filii: qui & ipse genus ab Aescula pio duceret: primum audiuerat: deinde herodium Seli brianum & gorgiam Leontinum rhethorem ac philo sophum & prodicum ut quibusdam placet & ipsũ de nique democritum senex iuuenem: hippocrates iquam Chous medẽdi scientiam cumulatissime exhausit atq; effecit. Post hunc Diocles Carystius in medicia claru it. deinde & Praxagoras & chrysippus. Quos postea sunt secuti herophilus qui uenarum pulsum in musices pedes discreuit per ætatis gradus. atque Erasistratus Aristotelis filia genitus: qui ob seruatum Antiochum regem donatus est ab eius filio Ptolomeo talentis cẽtũ: seque ab experimentis cognominauit Empericum. Tum Seraphion plurimum excelluit: quem secuti sunt Appollonius & Glaucias: & non multo post

Heraclides Tarentinus. Asclepiades uero: & qui hunc secutus est Themison magni & ipsi in medicinā illustresque fuerunt. Et ut omittam Antonium Cassium Chaspitanum Aruntium Stertinium Vectium ualentem illum: quem Messallinae adulterium non minus quam medicina atque eloquentia nobilitauit: ut Aurelium Cornelium Celsum uirum non dicendi minus quam medendi arte pollentem: ut Plynium secundū nullius disciplinae expertem: ut utrumque Soranum Ephesium aliosque permultos & Latinos & Graecos & Arabas missos faciam. fuit nouissime Galienus Pergamenus. Niconis illius geometrae atque architecti filius: qui reliquos omnis superiores medicos Hippocratem tamen semper excipio & ingenii magnitudine & doctrina & diligentia longissime superauit. Laudarem etiam te Pilicio: qnem facile dicerem tempestatis nostrae medicorum omnium principem: nisi assentationis crimen subuererer. Satis me abste laudatum inquit Pilicio Thebalde uideo: quandoquidem primum modicum quod me plurimum delectat: atque habeo tibi gratias & regem facis & deum. Sed his Thebalde nihil scripsit & Aesculapius qui per multis post saeculis ei successit filius alio patre natus admodum parum & illud idem quod & chironi fuit & paeoni: & deorum medico illi splendidissimo & caeteris illorum temporum medicis commune. Nam & ii qui dem omnes: & qui postea deinceps secuti sunt ad Hippocratem usque quem Peloponesiaci belli & Darii

Pilicio.

Hystaspæ filii temporibus fuisse constat: uulneribus tantum non morbis & ægrotationibus opem ferebant Itaque Homerus Podalirium illũ atq; Machaona nõ i pestilentia neque in aliis morborum generibus auxilii quicquam præstitisse docet. sed uulneribus ipsis dum taxat ferro & medicamentis mederi solitos. Nam pe stilentiam & cæteras istiusmodi aduersæ ualitudinis ærumnas ad deorum immortalium iram ueteres rettu lisse: & ab eisdem opem poscere solitos idem Home rus est auctor. Itaque tandem diuina quadam beni gnitate Hyppocrates est exortus: qui medicinam ue luti interemptam reuocauit in lucem: & eam alio quo dam ueluti partu genuit: & per omnia membra aluit eduxit ac uestiuit: & omnia ornatu insignem reddidit quem quidem uirum longiore oratione prosequerer: nisi uiderer symposii potius quam conuiuii habere ra tionem: præsertim cum nescio quid de filiis te dictu rum Landriane pollicitus esses: quod ut absoluas tem pestiuum est. De filiis inquit Landrianus seu gemel los ac gemellas siue plures aut etiam singulos malis: permulta illi quidem & inaudita locuti astronomi sũt cum dicerent ex eiusdem Claudii Ptolomei sententia: qui de futuris filiis certiores fieri uellent: opus iis esse: ut planetas qui decima quintaque domo continerẽtur diligenter attenderent: atque eos item: qui e regione horum locorum aspicerentur: esseque a luna & Ioue ac Venere significationes capiendas de habendis filiis eorũq; multitudine Præterea ab sole Marte Saturnoq;

Landrianus

significationes capi oportere : utrum filii habendi nõ sint & an pauci futuri. Itaque dicebant cum iis una locandũ esse Mercurium: quibus conuenerit figura utrique qui si quidẽ oriẽtalis fuerit. filios dabit : sin autem occidentalis eos prohibebit. Cũque hoc pacto planete habuerint: atque separatim: ea re significatur unũ dũtaxat filium fore cum uero fuerint in femineis communibus signis: gemelli nascentur: Itidem si in multorũ filiorum signis fuerit: sicuti pisce. Cancro Scorpio. qui nascentur uel duo nascentur uel plures. Quod si planetae masculi fuerint: atq3 iidem in masculis signis: & eo statu qui masculino sexui congruat ad solem : qui nascẽtur: mares nascentur. Quod si planetae faeminini sexus fuerint in signisq3 faemineis & in eo statu qui faemineo sexui respondeat ad solem : non mares nascẽtur sed faeminae. At fuerint landriane inquit Pilicio q tuis astronomis haud quanquam assentiantur. Nã quibus unquam astris cõcipiant: quae uel morbo mulieres uel natura steriles sũt. Has uero steriles fieri medici putãt ab matrice aut qa spissior sit: aut quia rarior: aut qa durior: uel a qbusdã cõnexiõibus ossiũ carnositatibus uel ab morbo calculorũ aut ẽt ab minima ueneris libidine uel qa nutrimẽtũ desit: aut habitudo mala sit: aut qm figura & habitus matricis uersus sit: aut qa matrix sit mota loco atq3 auulsa. Nõne aurelius cornelius Celsus ait faemiarũ naturalia nõnũq iter se glutiatis oris cõcubitũ ñ admitterẽ. Idq3 interdũ euenire in utero matris interdũ exhulceratione in iis partibus facta per malam

Pilicio

curationem iis senescendo iunctis: se ex aluo: membra na ori uuluæ opposita est: Si ex ulceratione: raro id re plet. Quid autem si horum etiam nihil uisit: inquit

Metellus

Metellus quandoq; enim accidit ut mulier sæpius etiã cum uiro congressa non concipiat tamen. Diocles me

Pilicio

dicus euisce rei causam esse argumentatur: inquit Pili cio: quoniam aliquæ nullo omnino utuntur iactu semi nis: aut si quidem utantur minore tamen utuntur quam debent aut quia eiusmodi utuntur in quo animalis causa minime sit: uel propter caloris uel fri goris uel humiditatis uel siccitatis inopiam aut ob mẽ

Ferufinus

brorum solutionem ac debilitatem. At stoici inquit Fe rufinus id propter ea accidere aiunt: quoniam cui men tule caulis obliquior fuerit nemo sit uelim qui effusus ad id nominis uideat turbeturue. Si quis mentula non delectatur: eam abscindat: aut oculos saltem uellet: ne quod obscænius dicitur: audiat cui mentulæ inquam tyrsus obliquior fuerit: rectum iacere fæcundum sæ men non potest: uel etiam cui membra breuiora sint: quam matricis recessus requirat. Fieri Pilicio ĩquit po

Pilicio

test: ut etiam quæ stoici dicunt a ueritate minime abho reant. Sed Erasistratus eam omnem non concipiendi causam matrici uidetur ascribere. Dum ea est callis ob sita: aut carne multa uel si fortasse rarior sit quam na tura patitur aut minor. At qui nonnullos inquit The

Thebaldus

baldus uiros quottidie uidemus: quibus gignendi po testas non est. unde id esse putas: quandoquidem nul lam uim astris esse concedis? Concedo equidem Pili

cio subdidit uel maximam: sed nequaquam eam istam quam Landriani huius astrophiyari illi nugati sunt. Age age inquit Landrianus tu qui naturae embolia cōtrectas. doce nos quod opportune Thebaldus quaesiuit. Quare uiri non gingunt Docet istud quidem inquit Pilicio idem diocles medicus & erudicus & clarus. Ait enim id accidere: aut quia nihil omnino faeminis aliq emittunt: aut quia minus proiiciunt quam oportet: aut quoniam semen ipsum est infecundum: idque uel ex membrorum debilitate: ac polutione: uel ex obliquitate causis mentularis nequeuntis fecunditatem seminis rectam iacere: aut a membrorum ad matricis recessum inequalitate. At ego memini Thebaldus inquit legisse aliquando apud stoicos aliam istiusmodi rei causam esse: quae certe mihi non displicet. Dicunt enim id usu uenire: cum & potentiae & qualitates ipsorum utrinque coentium natura inuicem non conueniunt. Quod uel eo argumento patet: quoniaꝫ quottidie uidemus si cum aliis coeant: in quibus eadem sit naturae uis: facile gignunt. Ad haec Ferusinus non insulse omnes inquit philosophemur oportet: quandoquideꝫ Rēbaldum ita cupere uideo qui ut est rerum omniū pulcherrimarum in primis studiosus: ob eam rem ut arbitror uoluit nos conuiuas: quo & ipse nostro sermone frueretur: & nos sue suauitatis humanissimiqꝫ ingēii participes faceret. De uiri igitur infecunditate quas in medium causas prolatas audio: probo singillatiꝫ omnes

Landrianus

Pilicio

Thebaldus

Ferusinus

Metellus
Ferusinus

At ego aliam quoq; arbitror: & eã quidẽ minime fal sam: quam coitus puerorum efficit. Quod malũ Me tellus inquit puerorum coitu; nobis memoras? Quinã quisquam cum pueris coeat. Ipsi norint inquit Ferusi nus. Audio tamen esse quosdam hermaphroditos: qui & pueri sint & puelle: eosque non solum ita igni natu ræ sollertia: sed etiam arte hominum: id quod de pog gio Bambalione ac de aliis nonnullis accepi. Qui ergo eiusmodi immanitati uehementius se dediderint: eos i fecundos reddi perinde atque uel exhausta uel uitiata fecunditatis natura & dictat ratio: & i multis docet ex perientia.

Metellus

Fabulas narras Metellus subdidit. An mĩus forsitan audisti Poggio huic isti: quẽ modo nomiabas filios esse non nullos? Audieram equidem rẽspõdit Fe

Ferusinus

rusinus: & luciæ pellici: & Vaggie Poggii uxori esse filios plærosq;: quos habent poggius cum uulgo com munis.

Rembaldus

Ista quæso Rembaldus inquit: missa facitote. Sunt enim aliena a decoro. Si quid aliud est: quod aut Pilicio uelit. aut alius quisquam dicere: eo uelim sermo nem transferat.

Pilicio

Duo mihi reliqua sunt inquit Pilicio quæ paucis exponam. alterũ: qđ dicebatur de gemellis pluribusque filiis: alterum de marium fæminarumque procreatione. Non. n. assentior Landriane tuis astrono mis: qui liberorũ tum numerum tum etiam sexum sy deribus attribuunt. alia ei; est ratio naturæ ut mihi q dẽ uideť cur aut unus aut plures nascantur filii: & quæ causa sit tum masculini tum fæminini sexus. Aggrede

Landrianus

re igitur Pilicio: inquit Lãdrianus. Dignis ei tu quidẽ mu

tauerant an id minus deus aliquis uiderit. De ipso igit sexu primũ ĩquit Pilicio uideamus: quem astris attribuere tanquã ueneris utantur cõgressibus fabulosum ẽ totũq; ridiculũ. Nã ẽpedocles idẽ q & philosophus fuit & medicus mares & fæmias fieri putat a calore & frigore. quare ait primos quidẽ mares iuxta oriẽtẽ ac meridiem potius gigni ex terra: fæminas uero iuxta septẽtriones. At istius doctor parmenides Elates Thebaldus ĩquit cõtra iã ãtea senserat. Nã iuxta septẽtriões gigni mares quippe qđ ea pars spissior sit. S; iuxta meridiẽ fæminas germiare a raritate existimauit. Et ut omittã Anaxagoram Clazomeniũ: & Leophanẽ cuius Aristoteles meminit. ut leucippũ: ut Democritũ ipsũ: q arcana naturæ maiorẽ ĩ modũ ẽ rimatus Hippõax Ephesius nõ absurde dicer̃ ur̃. si fæminis fæcũditas id qđ ẽ uiri plus ualuerit q̃ muliebre nutrimẽtũ: marẽ fieri. Si autẽ nutrimẽtũ fæcũditati illi uirilius p̄stiterit: gigni fæminã. Quãtu; ĩtelligere uideor opportune Metellus subiicit: & astronomi & philosophi ĩ tenebris ãbulãt: nec certi qcq̃. qunt ĩternoscer̃. Veru; uobis loquẽtibus unu; ẽ qđ me dubiu; reddat. Nã & Diocles mulieri fæminis iactu; tribuit: & hyppõax nutrimẽtu;. De nutrimẽto autẽ nulla me dubietas tenet: s; de iactu fæminis. Num mulieres quoq; semẽ emittunt. Si malimus ĩquit Pilicio Aristoteli & Zenõi creder̃ q̃ Pythagoræ quã Democrito: quam Epicuro nõ semẽ mulieres: s; materiã quãdã humidam proiiciãt: quemadmodu; ab exercitio sudorẽ. Eam autẽ materiã uim fæminis non

Pilicio

Thebaldus

Metellus

Pilicio

habere. At illi mulieres quoque iactu sæminis uti uolũt
habere enim ueluti quædam uasa a renibus eaque inuer
sa: quare ab ipso usu etiam appetere atque delectari.
Metellus — Tum Metellus: ego isti sententiæ uel cum Hippone as
sentior: qui ait foeminas non minus quam mares sæmẽ
proiicere: neque id tamen animali fæcunditati quicquã
cõducere quoniã extra matricem cadat. Itaque perpau
cas esse quæ sine uiris sæmen sepius emittant: nisi for
tasse uideas. Additque idem ossa a maribus esse: sed
Pilicio — carnes a foeminis. Sed perge tu obsecro Pilicio: & qđ
secundum erat: absoluito. Restat Pilicio inquit: ut cau
sas percurramus unius nascendi filii aut plurimum.
quas omnino ueras affirmare superbum sit: sed quam
proxime ueritatem assequi existimare nequaquam for
tassis absurdum. Ille idem: qui nobis in ore modo uer
sabatur. Empedocles gemellos ait pluresq; gigni filios
secundum maiorem sæminis affluentiam eiusdemq;
fusionem. Sed Asclepiades id fieri putat a corporum
differentia: quẽadmodum & in hordeis & in aliis hu
iusmodi segetibus uidemus usu uenire ut ex uno granu
lo & minutissimo & duo & tres & plures culmi ac ra
mi spicæq; emanent. Sæmina enim esse fæcundissĩa
Erasistratus uero medicus ille non prudentissimus mi
nus quam eruditissimus differit huiusmodi filiorum
numerum sicut in cæteris animantibus ex conceptioni
bus euenire. Nam cum matrix defæcata est ac munda
Ferusinus — ea tum se conceptioni accomodat. Quãquã Ferusinus
inquit quas in mediũ causas proferri uideo: non possũ

illas non grauissimas iudicare: Stoici tamen contemnē di non sunt: qui eū filiorum numerum asscribunt plu ribus ipsis: qui in matricæ sunt locis: ut cum in plures locos semen ceciderit: tum plures ac plures pro locoru͡ꝫ numero filios gigni. Quæ ubi serufinus dixisset: fran ciscus landrianus: ut est in omni re comis atque libera lis surridens ait: Equidem meos astronomos nugari ar bitrabar: qui tamē inter sese haud dissentiunt. At phi losophi ac medici isti uestri factiosi omnino seditiosiq͡ꝫ sunt & contentionis potius quā ueritatis studiosi. Qua re si sapimus: ineptas illorum omnium opiniones gar rulitatesq͡ꝫ omittamus: atq͡ꝫ hanc rē omnē ab eo profi cisci certo iudicemus: qui ex nihilo creauit omnia. Nō enim casu non fortuna regimur: deus est: qui omnia re git: gubernat: moderatur: cuius imperio fit ut uel unus uel plures aut nascantur aut non nascantur filii. Ideo͡q͡ꝫ & feminarum & marium ortus ius habet omne. Sed ne conuiuii rationem omnino ignorasse uideamur: tē pestiuum fortasse fuerit: ut tuos istos Rēbalde pueros quos ambos paratos uideo alterum lyra: alterum psalte rio: quantum & sono & cātu ualent: audiamus. Recte mones Rembaldus inquit: & conuersus ad pueros: ut suo muneri satisfaceret: iussit. Itaque tactis pulsatisq͡ꝫ admodulum chordis numeros ad hæc uerba alternati accommodarunt.

Landrianus

Rembaldus

Quisquis astrorum decus & tonantis
Splendidos coetus cupis intueri:
Huc ades lætus dapibus beatis
Sydere dextro.

Hunc præſtate diem ſuperi: qui lucidus omni
Nube carens hilarem tueatur in ethere phoebum.
Quicquid ſollicitos animos facit: exeat ædis.
Sola uoluptatis ueniant conſortia læte
Abſit urentis maleſana curæ
Vis & ultrices animi inquieti
Eger & nunquam reſidens tumultus
Mentis iniquæ
Huc Aſtrea ueni: tuq; o ſanctiſſima cuſtos
Federis humani fraudem aduerſata nocentem
Cana fides ueri ſeruatrix diua deiq;
Et metus & pietas Anglum ſeruate Philippum.
Hic enim princeps patriæq; ductor
Et pater tantum ſuperat tyrannos:
Aſtra ſol quantum ſuperat minora
Lampadis igne.
Mortales ſuperat cunctos regeſque duceſq;
Non ſecus hic princeps mira probitate Marias.
Quam noctem ſolet ipſe dies: quamq; aureus æra
Defæcatus honos: quam dedecus inclita uirtus.
Sis diu nobis pater atq; rector
Angle fælici teneas ſuperbos
Inſubres regno ligures & omnem
Viribus orbem.
Qui decies uixiſſe nouem memorabilis annos
Fertur: ut eloquio præſtas: ita grandior æuo
Neſtora mellifluum ſuperes & ſæcla Sibylle.
Aeternumq; tuis præſens ſis numen amicis.

Quæ ubi illi duo pueri nouo quodam inusitatoq; modulo ac miro numero cecinissent: cuiates ii essent Quærenti Aenico respondit Rembaldus utrunq; ligurẽ esse Non est igitur Aenicus inquit mirandum: si tam sonora tam clara .tam suauis est uox istorum: quandoquidẽ sunt ligures. Natura enim habent id bõi ligures: quod etiam nomen ipsum declarat. Siquidem uera est sententia cõmunium magistrorum: qui litteras docẽt: inquit Ferusinus ut ligures dicti sint a legendis leguminibus: cuiusmodi natura bonum dicis quod cantus intersit nõ satis intelligo: nisi forcasse quoniam legumina existimãtur uulgo uentosiora idcirco conductura sint uoci. Recte inquit Aenicus interpretaris. conducunt sane legumina uoci: & cantui plurimum præsertim ei quo Typhon ille Egyptius maxime usus perhibetur. Ad quod quidem dictum cum profusius rideretur: inquit Rẽbaldus si communis hec interpretatio tibi Aenice non placet: unde ligurie nomen deductum uis? λιγυρον inquit Aenicus nomen est græcum: quo & argutũ significatur & suaue & splendidum & canorum & uarium & rotũdũ & psonũ: que uoci etiã & cãtui accõmodata dubitat neo. Inde autẽ & liguriã & ligures nomen duxisse arbitror. Nam leguminibus multo plus abundat. Egyptus: q̃ ñ mõ uel liguria uel gallia hæc cisalpia: s; uniuersa ẽt & italia & hispãia. Cui cũ eẽnt oẽs assessi cõiectis ĩ Rẽbaldũ oculis: ita rursũ locutus ẽ. accepisti tu pfecto nos rẽbalde: ut es oĩbus ĩ rebus & comis & elegãs ñ nr̃o solũ: s; philosophorũ ẽt more. ñ ẽ parua res ẽ musica nq; noua nec uulgaris: s; q̃ sp apd̃ summos et

Rembaldus
Aenicus
Ferusinus
Aenicus
Rembaldus

sapientissimos uiros in maximo honore sit habita. Ita q; apud graecos qui bonarum omnium artium & praestantissimarum disciplinarum non iniuria principatu; sibi iampridē testimonio & consensu omnium gentiū uendicarunt: tanto ea in precio semper fuit: ut qui eius esset ignarus: haberetur indoctior: quod uel ipsi Themistocli accidit cum in epulis lyrā recusasset. Itaq; nō iniuria regem Scytharum Ateam rident ut barbarū & ineptum: qui captiuu; Ismenam tibicinem illum optimum qui Boetios plures sciatico dolore laborātes suaui modulorū curatione liberauit. ubi tibia uti iussisset & eū caeteri uehementer admirarentur: ac laudibus ferrent ad caelum: iurauit equestrem hinnitum sibi longe iocundiorem uideri. Et ne id quidem mirum: quippe qui adeo equestri delectaretur ut ipse equum peteret: & tanquam iactabundus Philippi regis legatos aliquando interrogaret: num idē Pphilipus faceret? Quis enim musicam non laudet: non praedicet: non maiore; i modu; admiretꝛ: cu; uel seipsu; norit similitudie quadam musica cōpactum? Totus enim animi & corporis nostri status & cōpagine quadā musica & musicis proportionibus constat. Quae quidem conuenientia tāta est ut non dubitarit Aristoxenus ille Tarentinus animum quem eius condiscipulus & equalis Dicaearchus quattuor elementorum conuenientiam definierat eum dicere corporis esse harmoniam. Sic enim ex corporis totius natura & figura corporis uarios cieri motus

tanquam in cantu sonos. Itaq; Pythagorei: quorum inter omnes philosophos nomen illustre & admirandū fuit: cum uellent diurnas curas somno resoluere: quibusdam cantilenis uti solitos tradunt: quo leuiter eis sopor quieteq; irreperet eosdemq; experrectos aliis qbusdā modulis quē somni stuporē confusionemq; cepissent: abdicare consuesse. At Empedocles & ipse pythagoreus furibundum adolescentē qui eius hospitem damnati patris accusatorem gladio adoriretur: & inflexit canendi modulo: & ab illa omni excandescētia & iracundiæ turbine ad animi placabilitatē & mansuetudinem reuocauit: non secus quā Timoteus ille Milesius mutato modulo Alexandrum ab armis inq; orthii regula cōcitarat. Nā Tyrtei tibicinis quāta uis fuerit: Mesenii sunt experti. Is.n.cum suis modulis Lacedemonios aduersum Mesenios in pugna concitasset: alacrioresq; reddidisset: Lacedemoniis perpetua seruitute Mesenios qui superiores iam essent: solus subiecit. Et quanquā musica descendit de cælo: quippe quod ad cælestium orbium mirabiles diuinosq; cōcentus & musas habemus & musicam: haud mihi ineptus uideretur: si quis in medium proferret: & qui musicam primi aut inuenerint aut auxerint: quiq; in ea maxime floruerit Nam cū sit uox ictus aer sensibilis auditui: eius cognitio grammaticorum est: qui ueluti lineis quibusdam uoces condunt: & lectioni præbent. Nam secundum scientiam musicorum esse neminē preterit. Sed qui articulatam uocem mortalibus deus largitus est: quam

eum piis oprotcat ac supplicibus laudibus prosequi cũ alii plærique: tum diuinus poeta Homerus satis liqui do significat cum ait sapienter & docte. ut semper. Hi que deum modulo placidũ sibi adesse diurno. Insi labãt graii pulchrũ pæana canentes. Teque sagittator reso nant lætaris Apollo. Hanc autem quã & uocẽ & arti culatã uocem uniuerso hominum generi immortalis de us largitus est qui quibus concentibus modulationibus que ornaret: primus inuenit non potest mihi non diui no quodam ingenio præstitisse is uideri. Quæ cũ Eni

Metellus cus locutus est obticuit. Itaque Metellus coniecisti nos inquit Aenice in maximam expectationẽ audiendi tui de rebus musicis nouum aliquid inusitatumq; afferen tis. Quare ne nostra nos fallat spes fuerit liberalitatis tue. Nã uel de ipsa iuentione: & priscæ musice eiusque nouate ac pene interempte non parua est iter homines doctissimos dissensio. In primisque ipsi Academici: & quotquot inter peripateticos fuerunt illustriores per multa de istiusmodi rebus fecere uerba. Itaque perfice quæso quod cæperas: ne a quoq̃ fortassis existimeris. quod est alienum a liberalitate tua. noluisse nos parti cipes fieri uel disciplinæ uel suauitatis tue. Faciam equi

Aenicus dẽ inquit Aenicus: quod uos omnes cupere animaduer to: modo memineritis aliã scholæ: aliã esse conuiuii ra tionẽ. Heraclides enim ponticus Euphronis filius quẽ doctor plato in siciliam nauigãs Academiæ præfecit i collectione musicorũ citharæ & citharistici cantus in uentionem in amphiona refert Iouis & Antiopæ filiũ

quē scilicet ex patre Ioue id didicisse tradit. hoc autē fidē trahit ex ea descriptiōe quæ apud Sicyonios posita ē: p quā et sacerdotes illas quæ essent Argis & poetas et musicos nominat. per idem uero temporis linum quoq; Euboeū ex chalcide insignē habitū: q Apollinis ut qdā uolūt. & Terpsicore filius uel secūdū alios Amphimaro Mercurione patre et urania matre natus lyrā primus repperit: & uersa lamentationes ita scripsit: ut Anthes Anthedōius q simul fuit: hymnos: dicit fuisse ēt eadē tēpestate alios plures et Pieriū ex Pierio Macedōie mōte q de musis poemata cōtexuerit. et philāmonē Delphū thamyræ thracis patrē. Eū aūt Phylāmonē Latōæ et Dianæ atq; Apollinis originē ī modu latōibus declarasse eūdemq; primū tpa constituisse illius tēpli: qd Delphi esset. Et Thamiraž ipsuž philamonis filiū q sonantius et modulātius omnibus qui p id tēporis in luce uixissent: cecinisse perhibetur. Qua re hūc finxere poete certasse cuž musis ac propterea uisū amisisse: eūdemq; scripsisse uersibus Titanū belluž aduersus deos: et reliquisse carmen de theologia uersibus tribus milibus. Vir sāe doctus et clarus fuit nisi ob sceno uitio uirtutis laudē inquinasset. Quod dictum cuž oēs qd sibi uellet iter se reqrerēt: īquit Pilicio quā nā obscena peste thamiras laborauit. Ad qd æmicus cū tacuisset: uideretq; pudorē uelle nescio qd flagitii silētō īuoluerē. iqt rēbaldus: oēs hic familiares atq; amici æmice sumus. itaq; nihil ē qd deō erubescas: pferti cū iā oiž hoīnū cōsēsu nobilitatā et tāq̄ īgeneratā uirtutē adeo Pilicio Rembaldus

habeas: ut nulla ex dictis tuis manare possit in te cuius
Aenicus quam criminis suspicio. Tum Aenicus etsi Rembalde inquit inuitus hac de re loquor: geram tamen morem & conuiuis & tibi. Is certe ille Thamiras: qui flagitiosis puerorum obscænisq; amoribus omnium primus fecit obnoxium. Amauit enim Hymeneu; calliopes &
Ferufinus Magnetis filium. At sunt inquit Ferufinus: qui istius modi immanitatis initium Thaloni cretensi dedant.
Metellus Amauisse enim Rhadamanthum. Totum Metellus equidem inquit: legisse memini laium qui chrysippū pelopis filium in deliciis habuisset fuisse istius sceleris
Thebaldus auctorem. Sed rapti Ganymedis honores inquit Thebaldus quid aliud significant: quam Iouem illum quē optimum maximum uetustatis stultitia dictitabat i hāc ipsam omnem tam peruagatam undique nequitiam se primum principemq; præbuisset? Et quænā; iste bel
Rembaldus lue fuerunt inquit Rembaldus qui se tanto dedecori ad
Pilicio dixerunt? Græci omnes inquit Pilicio: qui tamen lōge secus uel sentiunt uel loquuntur. Et quidnam inquit
Rembaldus Rembaldus Dant inquit italis eiusmodi turpitudinis foeditatem quos insimulant: cum diutius militiæ tenerentur pirmos in id facinoris perinde atque mulierum
Rembaldus inopia prolapsos. Perge rogo Aenice Rembaldus inquit de musicis. Malimusque Græcis quod uel turpæ sit uel obscænum quam nostris ascribere. Reuer
Aenicus tamur inquit igitur Aenicus ad eundem Heraclidem: qui tradit fuisse Demodocum Corcyræum & ātiquū;

musicum & haud ignobilem: qui carmina scripserit: tum de Ilii excidio: tum de ueneris & martis concubitu. Claruisse preterea Phemium itacessium: qui reditũ eorum uersu complexus sit: qui cum agamemnone ex Troia reuersi sunt Et hi quideꝫ omnes quæ scripserũt non soluta oratione: sed uersibus scripserũt: quibus postea modulos addiderunt: ut & Stersichorus ac reliq prisci lyrici: carminumqꝫ poete soliti sunt. Nam & terpander qui primus lyram heptacordum constituit: & regulas lyricas scripsit: quod tanmen reliqui philamnioni dant: pro singulis cithariaci, cãtus regulis & suis & Homeri uersibus singulos modulos ab eodem heraclide addidisse traditur: atqꝫ idem canere in ludis solitus primusque nomina reddidisse liricis regulis & eodem modo clonas qui primus tibicinicas regulas cõ entusqꝫ constituit: & elegus poeta fuisse & epicus: Et post hũc Polymnestus Colophonius eadem poemata secutus. Tibiciniæ autem horum regulæ ac moduli fuerunt Apothetus. Elegus. Comarchius. Schæmon. Cepion. Duis Trimeles. Postero uero deinde tempore inuenta sunt polymnestia quæ uocãtur. Sed regule cithare due multo priusquam tibicinicæ repertæ constituteqꝫ sunt: terpandri temporibus: Nam Terpander ipse primus citharedicas regulas ac modulos: tum Boetium & eoliũ: tum trocheum: & acutum: tum cepionem & Terpandrium appellauit. Scripsit autem terpander prohæmia citharædica. At Timotheus milesius locupletissimus est auctor citharedicas regulas ab iis quoque qui antea

musici habiti sunt uersibus constitutas. Is.n.primas re gulas uersibus admiscens dictionem dithyrambitã ce cinit. Et id quidẽ ea potissimum ratione: ne statim ui deretur a lege ueteris illius ac bene moratæ musicæ dis crepare. Verũ. quantũ accepimus. Terpãder arte citha redicæ musicæ usus est cæteris omnibus anteire. Nã quater deinceps eum uicisse pythia scriptus de ipso ti tulus declarat. Illius autem uetustatẽ ostendit Glaucus Italus: qui quodam in libro de priscis poetis ac musicis Archilolocho Terpandrum antiquiorẽ ostendit: quip pe quem asserit secundum post eos fuisse: qui primi tibiciniacã induxere. Quanquã Alexander in eorũ col lectione: qui circa phrigii pulsationes uersati sunt: nar rat Olympum phriga: qui primus & tibicinicã tulit ad græcos & ideos dactilos: et id quidem Midæ regis temporibus. Sed qui primum tibia usus sit. Hyagnim fuisse deinde huius filium Marsyam tempore iu icũ Iudeorum qui captus se in mente se in flumen: quod ab eius nomine nomen accepit: præcipitauit: ac periit Postea uero marsiæ discipulum Olympũ: qui & ante bellum Troianum fuit grãdior natu: quã phrix Olym pus quem diximus: & Mysiæ monti ab suo nomine no men dedit. Atqui Terpanarum secutũ esse Homeri uersus: sed modulationes Orphæi. Sed orpheus nemi nem uidetur imitatus: ut pote quod nondum quisquam fuisset præter tibicinicæ poetas. Sed que orpheus ceci nit nullam habent cum eis similitudinem. Clonas autẽ quem tibicinũ regularum poetam non multo post Ter

pandrum fuisse constat secundū Archades: Tegeates fuit sed secundum Boeticos Thebanus. Post autē duos Terpandrum & Clonā affertur Archiolocus. Quanquam historici quidam tradūt Ardalūquendam Troezenium ante clonā constituisse tibicinicā musam. Fuisse Polymnestum poetā Neletis colophonii filium: qui regulas ac modulos quosdā & Polymnestū & polimnesten inuenerit. Nā quod clonas Apothetum & schenionem repperit prodidere nonnulli. Nā ipsius quidē Polymnesti & Pindarus & Alcman poete carminuꝫ meminere. Sed regulas quasdā quibus circa citharedicam musam terpander est usus: sunt qui referant in philammonem illum Delphum Et. ut summatim dixeriꝫ. omnis terpādri citharedia ad ætatē usqꝫ phrynidis Mitylenii oīno simplex seruata est. Sed hic phrynis Canopis filius discipulus fuit aristroclidis citharedi qui genus ducēs a terpandro floruit in græcia tempore belli medici acceptūqꝫ hunc de quo loquimur. Phrinin tibiciem citharisticam docuit: qua phrynis omniū perhibetur apud athenienses usus panathenæaqꝫ uicisse Callia principe Hic autem primus priscā illā & simplicē ac uirilē musicam mutare coepit: & in nouas harmonias numerosque traducere. Citharæ autem figura primum facta est tēpore Clepionis terpandri discipuli quæ ideo asias est uocata quoniam citharoedi Lesbii ea sunt usi. Hi uero iuxta asiam sedem habent. Sed ad postremuꝫ pericletus genere lesbius uicit cātu citharæ. Lacedæmonæ carina quæ uocantur. Quo mortuo

cōtiua illa citharedię successio plesbios defecit. Atq̄ re rū quidā ignari affirmant iisdem temporibus terpan drum Hipponactaque fuisse: cum ipse pericletus fue rit Hipponacte antiquior. Sed quoniam quæ cum ad tibiæ: tum ad titharæ leges attinent: eadem antiquitate reperta esse ostendimus nunc de tibicinica tantum di cendum sit. Olympus igitur Phrix: quem modo me minimus regulam tibicinicam condidit in Apollinem eamq; policephalum nominauit. Fuisse autem hunc Olympum unum ex iis qui fuere ex primo illo Olim po Moyso: qui Marsye discipulus regulas cōstituit mo dulosque in deos. Is enim cum esset Marsye more pa tris amore coniunctus ab eo tibicinicam didicit: & eas harmonicas regulas: quibus næci postea in deorum sol lemnitatibus usi sunt: in græciam aduexit. Sed alii po lycephalum non Olympi phrygis sed cratetis: quem Olympus docuit: fuisse contendunt: Praticias uero ait legem policephali fuisse non primi illius myisi: s; iuni oris Olympi phrygis. Nam Harinatii legem inuenis se dicitur Olympus primus Marsye discipulus. Marsy am uero ipsum sunt qui dicant Nassem uocatum esse alii uero contra. Nam marsyam & non massem nomi natum: fuisse autem Marsyam hyagnidis primi illius filium qui tibicinicam cepperit. Quod autem harina tius modulus Olympi fuerit: docet idem Glaucus Ita lus in priscorum poetarum monimentis. preterea ex ste sichoro hymenæo idem intueri licet: qu neq; Orphe um nec Terpandrum nec Archilochum nec thaletam

imitatus est: sed Olympum. Est enim usus harmatii lege & Dactyli specie: quam ex orthii regula quidam esse dicunt. Alii autem dicunt hanc regulam repertam a Mysis. Fuisse enim priscis tibicines quosdaʒ Mysos. Atqui est etiam alia prisca regula ac modulus nomine Cradias: quo dicit Hipponax usum tibicinē Minestuʒ Principio enim canebant tibicines elegia modulationibus condita. Fuit etiam Sacadas argiuus poeta modulorum atque elegiorum modulationibus conditoruʒ: quē & bonum poetam & ter pythiorum uictoreʒ tradiderunt. Cumqʒ tres toni essent secundum Polymnestum ac Sacadam dorii Phrygii lidii fecit Sacadas ut fertur in singulis tonis conuersionem: ac docuit chorum canere primum dorice secundum secundum Phrygas: tertiam uero secundum lydos. uocatur autem ea regula tripartita propter mutationem. Sed in ea que apud Sicyonios descriptio est poetaruʒ. Clonas perhibetur tripartitæ legis inuentor. Et prima quidem constitutio reruʒ musicarum apud Spartitas Terpandrum habet auctorem. Secunda uero Thaletam Sortinium & Xenodamum cytherium & xenocritum locrum & polymnestum colophonium & Sacadam Argiuum: Sed & thaletas & xenodamus & xenocritus pæanuʒ poetæ affirmantur: Polymnestus uero Orthiorum. Sacadas autem elegiorum. At Pratmas inquit Thebaldus dicit xenodamum non pæanum sed subaltationum poetaʒ habitum. Nam & polymnestus tibicinicas fecit regulas Thebaldus

d

Et in Orthii regula modulatione utitur. Ambigitur etiam de thaletesutrum pæanibus usus sit: quippe quē Glaucus et post Archilochum fuisse et Archilochi mo dulos imitatum refert: eosdemque magis produxisse i tendisseque Præterea et maronam et Cretuum item numerum in modulatoriam intulisse. quibus ipsis ne que Archilochns nec Orpheus nec Terpander sit usus Nam quicquid in hac re boni Thaletas habuit id om ne ex olympi tibicinio molitus est. Dubitatur etiam de xenocrito locro an pæanibus usus fuerit: heroica enim argumenta eum scripsisse traduntur. Itaque dithyram bi appellatione eius argumenta ab quibusdam notata sunt. Recte quidem inquit Aenicus Thebalde monui sti: quanquam ego istuc mox eram uenturus. Narrant enim ista quæ dixisti omnia. Que quomagis iter se di screpant: eo maiorem coniectura musicæ & uetustatis & dignitatis afferunt. Nam propter uetustissimaꝫ an tiquitatem humane inuentionis auctor īcertior sit opor tet. Rei autem inuentæ dignitas adeo multos trahit in amorem sui: ut singuli si fieri possit auctores se dici ue lint. Hoc autem non solum in musicis quorum sibi in uentum poetæ proculdubio uendicant: sed etiam ī phi losophia & ī reliquis omnibus optimis disciplinis usu uenit. Quare Olympum dicit Aristoxenus existimari a musicis enarmonici generis repertorem. Antea enim fuisse omnia diatona & chromatica. Sꝫ Olympus quo

Aenicus

niam muſicam auxit. introduxit enim noua quædaꝫ &
ſuperioribus incognita eo dicitur a nonnullis inuentor
Græcæ & pulcherrimæ muſicæ. Idem quoqꝫ accidit
in numeris: Quædam enim numerorũ genera ac ſpe
cies primæ inuentioni ſunt additæ quæ latuerant. Et
ita modulorum numerorumqꝫ poetæ extiterunt. Nam
prior illa Terpandri nouatio haud reddidit muſicam
ineptiorem. Poſt hunc autem polymneſtus & thaletas
itidem et Sacadas ita Terpandrium modũ imitati ſũt
ut a forma ipſa optima non exceſſerint. Nam in om
nes ita poeticis numeris præſtiterunt: ut primã formæ
bonitatem non deſeruerint. Nouauerunt etiam quæpi
am & Alcuman qui amatorios modulos repperit: et
Seſichorus quorum uterque ab honeſta muſica non di
ſceſſit. At Croeſus Timotheus et philoxenus et qui re
liqui per id ætatis muſicæ laudem ſunt adepti: ut im
portuniores fuere: multa nouarunt: quæ a uetere illa
et modeſta ac uirili muſica ueluti degenerant ſicuti hi
ſane regulam: quam humanam et poſitiuam nominãt
hoc eſt mollem et eneruatam. priſci enim illi muſici
poetæ iidemque philoſophi fuere: nullus iſtiuſmodi
lenociniis illecebriſque foemineis utebantur. Sꝫ naturã
optimam uiuendi ducem ac magiſtram ſapientũ atqꝫ
grauitatẽ et ſono et cãtu cõplexi ſunt. Itaqꝫ et uirgiliuſ
Maro talẽ hyopã citharædũ apud didonẽ figit cãere i
cõuiuio et homerus apd alcinoũ phæacũ regẽ deodocũ

illum Corcyræum de quo modo sermo est habitus cõ
uiuas facit cithara delectare: qui tamen dũ ueneris mar
tisque concubitum canit: nõ ad uoluptatem libidinisq;
illecebras id mihi facere uidetur: sed ut delicatos mol
lesque deterreat ab eiusmodi omnibus indignis homi
ne libero animi perturbationibus. Eisdem rationibus
canet phemius ithacensius in conuiuio. Et agamemnon
Imperator ad bellum Troianum profecturus poetam
reliquit domi qui uxorem Clytemnestra; per mulie bri
um uirtutum laudes ad pudicicia; cantu probitatemq;
coniugalem hortaretur. Quare aiunt nõ prius ab aegi
stho uiciatam Clytemnestram: quam is e medio musi
cum qui adulterium monitis suis impediebat: impie su
stulisset Itaque laudandi mihi Lacedæmonii uisi sunt
qui Timotheum Milesium consulto publico de laconi
ca exegere: quoniam super eos quos a superioribus con
stitutos repperierat undecim addiderint neruum cytha
ræ. Videbant enim uiri prudentissimi pernitiosum fo
re ad uirtutem puerorum animis quos Timotheus eru
diendos accepisset: si priscam illam modestamque har
moniam paterentur per multipliciorem musicã i chro
maticum genus quod multo mellius & lasciuius est in
uerti. Hæc fuere quæ de iis qui musicam aut inuenere
aut auxere: aut in ea utrunque clari sunt habiti: se mihi
dicenda obtulerunt. quanquam res adeo magna ẽ &
multiplex ut multo & longiorem orationem et erduti
orem exposceret. Sed conuiuii mihi ut dicebam non

scholæ alicuius ratio habenda fuit. Cum autem hunc Aenici sermonem conuiuæ omnes admirarentur: cumque certatim laudarent ingenii doctrinæ & diligentiæ imprimisque memoriæ: inquit Metellus perpulchre sane nobis humanam musicam Aenice exposuisti. Verum sunt qui altius repetant hoc inuentum. uolunt enī apollinem fuisse: qui non citharam solum: sed etiam tibiaȝ multo ante Marsiam aut olympum aut hyagnin primus inuenerit. Id autem patet ex illis choris atque sacrificiis quæ Alcæus scribit in quodam hymno: cuȝ tibus Apollini deo præstabat antiquitas. Præterea eius simulacrum quod fuit Deli habuisse dicitᷓ in dextra q̃dē arcuȝ: in læua uero gratias: quæ singulæ singula musicæ instrumenta manibus gerebant una lyram altera tibias. Quæ autem fuit media ore fistulā tenebat. Quę uero a me dicuntur & anticles quoque & sterpaphius Callimachi seruus ac familiaris ambo tradiderunt. Sunt autem qui uetustatem illius positi simulachri repetant ab Herculis usque temporibus. Atqui puerum quoque illum qui laurum tempicam deportabat ad Delphos: tibicen iuxta sequetur. Præterea quæ ex Hyporboreis ad Delum olim sacra mittebantur: cum tibiis & fistulis ac citharis ea fieri mos fuit. Alii uero Apollinem etiam ipsum ut optimi modulorum poetæ Alcumanis sententia est: tibia cecinisse tradunt. Sȝ corrimia lyrica Archelodori & Procatiæ filia myrtidosq́ȝ discipula. quæ pindarum fertᷓ uicisse quiquiēs Metellus

ait apollinem utende tibiæ doctrinam a Minerua acce pisse. Quanta igitur præ se dignitatem ferat musica sa tis ea ratio docet quod deos habet auctores. Loquor eiꝫ de prisca illa & uirili ac benemorata admirabiliqꝫ mu sica. Nam quæ postea mollis atque petulans introduc ta est: quam sit contemnenda nihilqꝫ faciunda in tertio de rep. docet Plato: qui cum alia pleraque non probat: tum Lidii harmoniam plurimuꝫ reprobat: quæ & acu ta sit & ad lamentationem accomodata. Enim uero pri ma eius constitutio flætus lamentationisque causa facta est. Nam aristexenus in primo de musica Olympum tradit in pythonis sepultura cecinisse tibia secundum Lydium modulum funeralia. Sunt tamen qui hūc mo dulum a Melamppide coeptum credant. Sed pindarus in pæanibus cum de niobes nuptiis loquitur dicit har moniam lydii moduli primam doctrinam fuisse in mu sicis: Alii uero Torebum primum esse Harmonia usū perhibent. quēadmodum Dionysius cognomento Iā bus refert. harmonia uero quæ dicitur mixolidius & commiserationis est & tragædiæ congruēs. Sꝫ sappho

Ferusinus Ferusinus inquit narratur ab Aristoxeno inuenisse pri ma mixolidium harmoniam: ab qua tragoediarum po etæ doctrinam acceperunt. Ii enim mixolydium dorio coniunxere. Nam dores repræsentant modulationibus suis celsi animi conuenientem magnitudinem atqꝫ am plitudinem: Lydi uero quāta sit uis & impetus pertur bationum facile demonstrant. His autem utrisque mix

tum constat tragoedia. At sappho ista Ferusine quam nobis commemoras: inquit Thebaldus quaenam fuit: utrum ea quam Lesbiam fuisse uolunt & erexo: an altera & ipsa lesbia ac mitylenaea? Equidem inquit Ferusinus priorem puto. Verum quam alteram ais & alteram? Fuit una inquit Thebaldus & ea quidem Crexia atque antiquior Sappho Lyrica Olympiade secunda & quadragesima: qua tempestate & Alcaeus claruit & Stersichorus & Pittacus. Ea plectrum prima inuenit. Nupsit autem Cercyle Andrio homini ditissimo: ex quo filiam suscepit nomine Clida Discipulas habuit Apagoram milesiam. Congylam Colophoniam. Ennoeam Salanimiam, habuit amicas tres Atthida Thelesippam megaram: quarum etiam amoribus saecus quam muliebris pudor & pudicitia patiatur usa per turpissimam famae notam tradita est. scripsit autem et lyricos modulos et epigrammata & elegia & Iambos et monodas. Altera uero sappho mitylenaea longe iunior fuisse constat: Cuius pulcherrimum carmen ad amicum phaonem adhuc in latinum conuersum apud nos extat Haec autem cum Phaonem ipsum perdite deperiret: sua tandem spe frustrata ex leucade sese praecipitem dedit submersaque. Placet sane inquit Ferusinus ista etiam audisse quo nihil omnino certi ex hoc lautissimo conuiuio nobiscum reportemus: praeter hoc unum quod non prima dicenda

Thebaldus

Ferusinus

Ferusinus

Metellus

sit Vaggia poggiana: quae lambere puellas consueuerit qua mdoquidem audio Sappho rexiam trium se puellarum obscoenis amoribus poluisse: id quod Iuuenale non uidisse miror. Perge autem tu Metelle ut quae incerta erant nulla omnino reddas. Faciam Metellus inquit quod iubes: & id quidem breuibus. Scio enim fore ut mox Rembaldus accersatur ad principem & publici & grauissimi cuiusdam muneris gratia. Vt igitur ad mixolydium cedamus unde huc nostra declinauit oratio Pythoclidem tibicine aliqui protulerae: qui mixolydium ipsam repererit. At lysis Atheniense Lamproclem eius auctorem affirmat. Qui cu intelligeret non hic esse disiunctionem: ubi omnes fere putabant: sed in acuto talem eius figuram reddidit: qualis ea est: quae a parmese sit ad hyptaten ipsam principem. Damon uero atheniensis ut plaerique consentiunt: remissam quae dicitur harmoniam repperit: quae quidē mixolydio contraria est Iados autem persimilis. Non autem iniuria Plato hasce harmonias & quae relaxationi accommodata abdicare atque contemnere uisus est. doricam autem idcirco admisit ac probauit: quoniā uiros fortis temperatissimosque doceret. Is eni ut ait aristoxenus in secundo musicorum non erat ignarus esse in illis etiam quippiam quod tuende reip. conduceret. Nā nec mediocrem operam Plato musicae indulsit. quippe qui & Dracontem atheniensem i musicis audierat & Metellum agrigentinum. Sed eo praetulit doricam

harmoniam: quia & ea grauior ea est & bellicae rei ap tior. Nec enim ignorabat uir ille omnium unus erudi tissimus & alcumanem & Pindarum & Simonidem & Bacchilidem: tum doria multa tum parthenia non nulla cecinisse: eosque & prosodia & paeanas et tragi cam item commiserationes esse aliquando dorio illo modulo modulatos. ad haec item quedam de amore. Valebant autem apud eum quae in Martem Mineruā que concinuntur & ea quae spondea nominantur. haec enim erant eiusmodi quae uiri temperantis animumq; confirmarent ingenti robore. Nec etiam erat nescius quae Lydii atque Iados ius atque uirtus esset. Sciebat sane Tragoedos uti eiusmodi modulatione. At ueteres omnes cum nullius essent conuenientiae imperiti: non tamen omnibus sed quibuspiam usi sunt. Nam quod illi artiore quadam harmonia paucitateque neruorum contenti essent nō eius rei ignoratio fecit: sed consiliū Nec inscitia ulla factum est: quod olympus & Terpander quique hisce deinde secuti sunt: neruorum multitudinem uarietatemque sustulerint. Cui quidem rei testimoniū afferunt & Olympi & Terpādri reliquorumque poemata: qui idem institutum seruauere. Nā quae trium neruorum simplicesque sunt adeo uariis ac multorum neruorū citharis praestant: ut maiorem Olympi modulum imitari nemo qui erit. Et hi quidem omnes qui multitudinem multiplicitatemque neruorum adamarunt: ut tempore fuerunt: sic etiam rei dignitate minores habendi sunt. Nam & quibus aut neruis aut

modulis ut prisci noluerunt: idcirco noluerunt quod ef foeminatum quippiam atque humile in eis positum cē sebant: & his dumtaxat sunt usi quibus quoddam ani mi robur atque amplitudinem repræsentari arbitran tur. Qua ratione tragoedi dicti a chromatico genere atque numero abstinuerūt. Eadem etiā ratione Tytæ us Archembroti filius uates idem & poeta elegiorum tibicenque illustris qui rempu. scripsit Lacedemoniis: & Andreas corithius & trasilius phliasius non ignora tione: sed animi sententia chromaticum ipsum genus uarietatemque & multitudinem neruorum neque sicu ti sunt neque probarunt. Aliaque permulta istiusmodi respuerunt ut & numeros quosdam & harmonias & dictiones modulationes & interpraetationes. Atqui mox telephāes megaricus ita fistulis quasi optimus bel lator enituit: ut t bicines nusqu m. ut ita dixerim. tibi is uti sineret. Quinetiam ob eam potissimum causam a ludo phythico abfuit. Sȝ quenq; sua. ut dici solet. ma gis delectāt. Quo fit ut alii Dorio alii Lydio alii phri gio alii alio & usi sint & utant. Nā Cato q̄spiam aut phocidi quoniam perpetuam constantiam seueritatem que adamassent neque quicquam aut uersutū aut ocul tum sed simplicia omnia apertaque probarent. doriuȝ quam autem lydium aut phrigium maluissent. Nam corporis perspicuitas doricum est Dores enim discicti erant ac tunicis sæpius utebantur. Praeterea apud spar tiatas Lycurgi etiam instituto puellæ i ludis nudæ uer sabantur. Quare in omnibus grauioribus rebus prisci

dorium non lydium neque phrygium admittebant. Itaque cum quid lætius ac iucundius uel dicendum uel optandum esset: ueluti prouerbii loco a dorio dicebant in phrygium. Qui enim faciliores humanioresq; pre starent non tam dorio quam aut lydio aut phrygio de lectati sunt. Quamobrem qui dorionem amarent an tigenidem tibicinem non probabant. Quibus uero an tigenides placeret. iis erat dorion iniucundior. his quis que gaudet quibus utitur. Contemnitque ea a quorũ est usu alienus ob quã quidem causam citharoedi qua quealii alios improbarunt. Et alii numerorum uarie tatem amplexi sunt: alii simplicioribus modulis delec tati. Atque omnia fere ad ciuitatis usum moremque ui uendi referre consueuerunt. Proinde plato neque igno ratione nec imperitia: sed quia ciuitati quam constitue rat repugnabant: aliis quibusdam uti noluit: aliis uolu it Nam eam tenebat conuenientie disciplinam quam qui omnium maxime. Itaque in his quæ de animi ori gine i Timeo dixerint quantum & circa disciplinas & in musicis ualeret: facile ostendit. Sic enim quodam modo conficiebat postea tum dupla tum tripla ĩterual la & illius abscindens et inter hec portiones locans ut in singulis interuallis due essent mediocritates. Id ue ro ĩnitiũ harmonice ẽe peritiæ manifestũ est. n. uõ tres sũt mediocritates prime ab qbz mediocritas oĩs capit arithmetica hãmõica geõetrica q̃rũ una pi nũero et ex cedit et excedit altera pari rõe tertia uõ neq; rõe nec nũo cũ plato igit aĩuz ẽe cõueniẽtiã quattuor elementorũ et

causam eius consonantiae quae fit ex dissimilibus inui cem demonstrare noluisset in quolibet interuallo duas animales mediocritates pro musica ratione ostēdit . nā consonantie illius musice que dicitur . διαπασῶν hoc est ex omnibus chordis duo sunt media interualla. Sed horum proportio declaranda est. Nam quae propor tio fit per omnes neruos in ratione dupla speculationē habet facient autem duplam rationem exempli gratia secundum numerum sex & duodecim . Est autē hoc interuallum ab hypate mediorum in netem disiuncto rum . Cum sex igitur & duodecim extrema sint: habet hypate quidem mediorum ipsorum sex numerum. ne te uero disiunctorum numerum duodecim . Capiendi ergo praeterea sunt numeri qui inter hos cadunt quorū extremi alter epitritus alter hemiolus existat. sunt autē hic octo ille uero nouem . ipsorum enim sex octo qui dem epitrita . Sed nouem hennolia . Et unum quidem extremum huiusmodi est. sed aliud illud est quod ipso rum duodecim & eorum quidem nouem epitrita sunt octo autem hennola . Horum igitur numerorum q me dii sunt sex & duodecim & eius iterualli quod fit ex omnibus neruis ex eo constans quod ex quattuor & ex eo quod quinq3 dicitur: hec habet ratio. Nā mese qdē ipsorū octo habebit numerū s3 q neruus ē iuxta medi am hoc ē parmese numerū habebit nouem . quo quidē fecto ita se habebit hypate ad mesen ut paramese ad unten disiuncti. nam ab peripate mediorū per quattuor in mesen sed a paramese in netem disiunctorū per oēs

Eadem proportio est etiam in numeris. Nam quemad modum se habent sex ad octo sic nouem ad duodecim se habere perspicuum est. Et sicuti sex ad nouem se habent eodem modo octo ad duodecim. Epetrita enim partim quidem octo ipsorum sex sed duodecim reperiuntur ipsorum. Hemiola uero nouem quidem sunt ipsorum sex sed duodecim esse ipsorum octo dissentit nemo ex his ergo quae paucis complexi sumus quam fuerit plato doctissime eruditus in mathematicis disciplinis: haud obscure comprehendi potest. Non autem esse leuem rem quampiam harmoniam sed & grauẽ potius & diuinam platonis auditor ille aristoteles ostẽdit hisce uerbis. At harmonia quidem caelestis est quae naturam habet diuinã & pulchrã & beatam. Cum naturali enim uirtute quadripartita sit: duas habet mediocritates arithmeticam & harmoniacam: Cuius quidem & partes & magnitudines & excellentiae apparent secundum numerum equalitatemque mensurae. Nam in duobus tetrachordis moduli numerãtur. Haec enim ad uerbum locutus est aristoteles. Constare autem dicebat eius corpus ex dissimilibus partibus & iis quidem inuicem consonantibus uerum tamẽ mediocritates quoque ipsius pro arithmetica ratione congruere. Neatum enim ad hyppatum ex ratione dupla coaptatum eam reddere consonantiam quae dicitur ex omnibus neruis nam. ut modo dicebamus. habet neatum hoc est nouissimum & ultimum neruum duodecim unitatum. hyppatum uero unitatum sex: at peramesen quae cõsonet

ad hypaten pro hennolia ratione unitatum nouem. Medii autem nerui dicebamus octo esse unitates. Consundi uero constareque ex his uidemus quæ interualla maximum principatum habent in musica & illud diatessaron quod est secundum hennolii rationem & aliud diapason quod est pro ratione dupla. Enimuero seruari et quod epogdoon nominatur. Id autem est secūdum rationem tomei. Iisdē autem excessibus harmoniæ partes excedunt & exceduntur a partibus itidemque a mediocritatibus & id q dē tū secundū excellentiam arithmeticam: tum etiam secundum potentiam geometricā Potentias autem ipsas ita habere definit Aristoteles. Neaten quidem quam uocāt excedere mesen tertia ipsius parte. hypaten uero excedi a paramese tantundem Itaque fieri excessus eorum quæ ad aliquid. Nam iisdem partibus & excedunt & excedūtur epitrito & ennolio. Excellentia igitur harmonica est huiusmodi. Sꝫ Neates: Mesesque excessus pro arithmetica ratione excedit equali parte Eodem etiam modo paramese hypaten excedit. Paramese enim secundum rationem epogdoam mesen excedit. Rursusque neate dupla est hypates. At paramese hypates hennolius. Sed mese epitritus coaptatur. Harmonia igitur uel secundum Aristotelem ita se naturali ratione habet: & quo ad partes & quo ad partium multitudinem. Quæ ubi Metellus dixisset atque item plura dicturus uideretur accersitur a collegis ad arcis Ianuam necessarii muneris gratia.

Metellus

Quare uos inquit tantisper dum redeo honorate men
sam. Nam et priuatum & familiare quodque negoci
um publico caedat necesse est. Quamuis enim intem
pestiue accersor a collegis agitur tamen non parua res
in quaestura quae aedilitati coniuncta est. Accedaꝫ igit̄
auditurus quid negocii sit: quod me tantopere in prae
sentiarum exposcat. proinde die quid temporis uacui
detur: uos interim date manus opsoniis: uel tu si uide
tur Ferufine: quoniam non minus quam ego musicā
didicisti aliquid tandem musicum eloquere: uel minus Ferufinus
musice. Fatiam inquit Ferufinus: aeque enim musicā
teneo: atque astronomiam medicinamne. Deinde con
uersus ad Aenicū. Contine inquit obsecro risum Aeni
ce si quid fortasse ineptius hac dere dixero Num eniꝫ
te fugit huiusce tempestatis musicam dictam esse qua
si musicam: quam qui proprius homines sequuntur:
homuscae omnes dicendi sunt. Nescio autem utrum
musicum hominem malis an homuscam aliqueꝫ audi
re. Ad quae surridens Aenicus perge inquit Ferufine Aenicus
Quidquid enim protuleris in mediuꝫ non poterit non
prudens esse & perpolitum. Tum Ferufinus profec Ferufinus
to īquit quae sunt de musica disputata: seu apollini eius
prima inuentio quasi deo cuiquam danda sit siue homi
ni & Amphioni non possum ea non fateri esse pul
cherrima. Naꝫ quod demum dicebatur de harmonia.
constat & ipsa quidem & omnes eius partes natura
liter ex infinita atque admonenti: & ut ita loquar

ex paridiſpari natura: Ipſa enim tota par eſt terminis ſuis quadripartita. Sed eius partes atque rationes & pares ſunt & diſpares & paridiſpares: quippe q̄ neaten quidem habet parem ex duodecim unitatibus sed parameſen diſparem ex nouem unitatibus Meſen uero parē ex octo unitatibus. At hypaten paridiſparem ex unitatibus ſex. Cum ſic autem & ipſa harmonia & harmoniæ partes natura ſe inuicem habent tum exceſſibus: tum rationibus. Conſonat illa quidem cum tota toti: tū etiam partibus. Quinetiam ſenſus corporibus propter huiuſmodi conuenientiam inhærentes alii quidem cæleſtes ac diuū iuſſus ipſe atque auditus quibus duobus homines perinde atque præſentia quadam diuina ſentiant: proxime ſenſu dicuntur ad deum accedere: uoce harmoniam luceque oſtendunt: alii uero ſenſus ueluti conſequentes ut ſenſus harmonia conſtant. Nam etiā hi: quanquam illis minores ſunt: tamen quoniam ab illis nō abſunt: omnia ſecūdum harmoniam abſoluunt. Illi enim ſimul quaſi præſente deo ſeſe corporibus offerentes per ratiocinationem accerrima ſunt pulcherrimaque natura. Quæ cum dixiſſet continuo adfuit Metellus rurſumque ſodalibus aſſurgētibus loco ſuo accubuit. Moxque animaduertens ſuo reditu ſilentium factum quaſi ipſe quem antea coepiſſet ſermonem eſſet proſecuturus. Nihil eſt inquit quod me quiſquam dicturum expectet. Nam & cænandi mihi iam tempus dari malim quam canendi ſonandiue: & quid Feruſinus quantū diſſeruit: ignoro proinde aut ipſe aut alius

Metellus

quiſpiam iſtiuſmodi ſibi prouinciam deſumat. Tū Ferufinus recte ſibi metellus atque mihi cōſulit. cuius exēplū ſequi inſtitui. Itaq; tu Thebalde ſi uidetur quādo quidem diutius tacuiſti loquere aliquid tandē quo poſtridie leuiore ſis ſtomacho. Recte ſuades iquit Thebaldus. Nā & ipſe mihi uidebar fere obmutuiſſe. cū nullus mihi daretur in tanta dicendi prolixitate ne inuſſādi quidem locus. Neque id tamen ueſtrum cuiquam uitio do. Eſt enim muſica res certe uetuſtiſſima ac nobilis. Itaque non abſurde priſci illi græci maxime omnium gentium eruditioni muſicæ ſtuduere quippe qui putarent iuuenum animos cōuenienti muſica ac decorem & uenuſtatem fingi apteq; componi oportere. Intelligebant enim muſicam cum rebus omnibus atq; optimis actionibus conducere: tum præcipue bellicis periculis. Ad quæ quidē obeunda petebant a muſica auxilium. Accepimus enim Lacedæmonios cum eſſent hoſtis inuaſuri tibiis uti ſolitos. Nam iuſſu legis iugulata capra coronatiſque omnibus tibicines Caſtoriū modulum canebant: incipiebantque pæana. Itaque illorum aſpectus & pulcher erat & formidabilis q numero ad tibiam incidētes neq; phalangis ordinem miſcerēt nec animis turbarentur: ſed in diſcrimen a modulo manſuete atque hilariter ducerentur. Alii uero ſicuti Cretēſes cū impetū in hoſtes facturi eſſent: pro lyræ modulo in illos ferebantur. Argiui autem tibia item in Steniorū ludo uſi perhibentur: huius enim ludi initium i Danaum Aegipti illius fratrem ab quo ſecundum Græcos

Ferufinus

Thebaldus

ægyptus nomĩata est :primo deinde in Iouem relatum tradidere .ab quo etiam iupiter Sthenius . est appellatus. Nonnulli quoq; tuba apud ueteres uti in rebus bellicis maluerunt :in primisque latini & italia omnis. unde est illud Ennii At tuba terribili sonitu taratantara dixit .multi cornibus delectãtur ut & Germani & galli omnes . At Indii non tubis ac tibiis quibus utrisque & in ludis nunc & in conuiuiis uulgo utuntur plæriq; & nostri & alieni:sed uerberibus ac flagris pulsatis in aerem itemque quod turcis usitatum audimus laciori bus quibusdam tympanis horrendum quendam fragorem & tanquam tonitrum reddentibus gaudẽt theatricam uero musã; ne norant quidem græcorũ uetustissimi. Omnisque eorũ sciẽtia uersabatur circa diuinũ cultum instituendamq; iuuentutem. Ac sine ullo apparatu theatri:quod nusquam erat :musica utebantur in tẽplis:ubi & uenerando numini:& bonorum uirorũ laudibus studebãt Ad hoc autem diuĩæ rei spectaculo adstruendas & erigendas Theatrorum moles paulatĩ; declinarunt:quæ ατπο τον τ εον.hoc est ab deo nomen accepisse consentaneũ; est. Vnde etiam το τ εωρ ειμ quod spectare significat æque atque theatrum deductũ ostendunt . Ex hac autem musica theathrali si quis dicendo complecti uelit quot lenocinia tandem nequitiæq; fluxere:non facile queat. Nam relicta uetere illa grauis ac modeste musice disciplina tragoedi primũ deinde comoedi :postea alia at; alia petulanciora istius modi hominum genera irrepserunt inualuerũtq; adeo

ut nihil magis quam probrum ac dedecus colēdum am plectendumq; uideretur. Inde noua quædam poetica apud Atheniēses exorta quā circa fabulosam factione; uersari Plato quoq; testatus ē. Fabula uero qd ē aliud quā falsa quædã oratio: quæ ueræ oratiōis similitudi nem habeat: ut enim oratio rei gestæ ita oratiōis fabu la imago quædā & simulacrum est. Tantumq; histo ricis poetæ redunt: quantum dicentes sunt agentibus ĩ feriores. Historici sane ut opinor sunt sonori quidā re rum gestarum nuncii. Quācunque autem gratiam poe tæ atq; honorem habent: idcirco habēt: quod oratoris potius quam boni oratoris esse uolūt: uerisimilia dicūt Quod homerus cōsiderās apte ait. Pluria narrata talis mēdacia uero. Itaq; nequaquā oēs poete apd athēiēses recepti sunt. Nā & modulorū poeticā ita cōtēnerē nisi sūt: ut clarū aliquē eius artificē nō habuerit. Cinesias ei q dithyrambos scripsit: durus adeo fuit infacundusq; poeta: ut comodorum omnium cauilla in se conuerterit & comædi tanto dedecori primum habiti sunt: ut le ge cautum esset: nulli ariopagite licere comædia; scri bere. Sed ut res humanæ in deterius ruūt: comici quo que tandem admissi sunt apprimeque honorati. Na; tragoedia ita mox floruit: ac mirandum in modu; cele brata est: ut nihil tragoedis duceretur illustrius. Nec id qdē temere. Comparat enim sibi tragoedia auditum at que spectaculum: cū secūdū Gorgiā fabulis & pturba tiōibus homies fallit. Itaq; plus numorū cōsūpsit athe niēsis populus ĩ Bacchas Phænissas ædipodas ātigōen ĩ medeæq; & Electræ calamitates atq; ærūnas q̃ ĩ oē;

rem bellicam pro patria libettate aduersus barbaros. & ut reliquos omittam quam hæc adulterata musicā durā illam atque ferream Martis posteritatem Romanū po pulum populorum omnium dominum facilem ad po stremuʒ obsequentemque habuerit: docet uel una Tha is terentiana quam inauditi præcii uænisse meminit Donatus grammaticus. Quibus & præmiis & hono ribus istiusmodi factum uidemus: ut oēs qui in musi cis aliquid possent in theatricam musam sese receperit

Rembaldus Tum Rembaldus non possum inquit thebalde nō imi tari: quod adeo in hanc lenem & perhumanam musi cam te qui unus omnium humanissimus suauissimus que sis: acerrimum quendam uel aduersarium uel ho stem præstes. nonne prisci etiam illi quos tante faciun

Thebaldus dos censes: noui aliq̄d in musicis ac uarii adinuenerūt Valde inquit Thebaldus: sed ita certe adinuenerūt: ut nulla in parte a grauitate decoroque discederent. nam Terpander: qua prisci in modulis usi non sunt doriuʒ netem repperit. Item & mixolidium tomam totum: & orthii modulationis modum: qui dicitur secundum orthios ad orthium significabilem trochæum. Quod si ut ait Pindarus modulorum quoque qui nominātur Scolii: terpander auctor fuit attamen archilochus etiā trimetrorum numeros adinuenit & istantiam ad dissi miles numeros adinuenit & instantiam ad dissimiles numeros & denumerationem & qui in his sonus uer satur. Primo etiam ipsi dedūt & epoda et tetrametra et procriticum: quod iudiciiielectionesq̄ʒ uim habet

& quod aditum praestat . prosodiacum huiusque in
crementum . Sunt etiam qui eidem elegium ascri
bant ac praeterea instantiam tum iambei ad epibatum
paeona: tum aucti heroici & ad prosodiacum & ad p
criticum . Ad haec quoque Archilochi inuenta esse af
firmant Iambea utraque & quae in dicendo secundum
pulsum ac percussionem & quae in canendo posita sunt
Quo pacto qui deinde tragici poetae secuti sunt eisde3
uti plaerique omnes consueuere . Sed ea Cresus postea
uertit in usum dithyramborum. Qui etiã ut opinio est
eum pulsum qui est sub odam: primus inuenit. Nã pri
scos omnis proschorda que appellantur pulsare solitos
At polymnestris eum repperit tonum: qui hipolydius
nominatur . Ac idem multo maiorem fecit tractum at3
emissionem . Olympus aute3 ille phrix: qui & graecie
& regularis musae initium sibi uendicat: harmõiẽ rep
perit genus . Idemque numerorum tum prosodiaci auc
tor fuit: quo martis regula continetur: tum chorti quo
in maternis utitur plurimu3. Sũt etiã qui Bachii aucto
rẽ Olympũ dicant . Quae quidẽ omnia ita se habere
declarant singuli priscorum moduli. Verũ lasus hermi
oneus Tharbini filius quem periandri loco unum e sep
tem Graeci sapientibus quidam numerarunt: primus dẽ
musica librum scripsit. Claruit autem eadem tempesta
te qua Hippocrates medicus olympiade quinquagessi
ma octaua . Is igitur lasus ubi in dithyrambicam disci
plinam numeros mutasset: sequereturque permultam
illam tibiarũ uocẽ multisq3 ꝑterea ac diuersis sonis ute

retur :priorem musicaз mutauit. Melamppides quoqз melius ille eritonis filius post hūc secutus olympiade te. xagessima quīta q̄ dithyramborū libros plures scrip. sit & poemata epica & epigrammata & elegos aliaqз plurima: neqз ipse supiore musicā ē amplexus nec eius seruus atqз auditor philoxenus citherius Eulychidis fi lius qui dithyrambos scripsit quattuor & uiginti Aea cidarumqз originē modulus contexuit. Ac ne Timo theus quidem priscam probauit musicam: Is enīз lyrā quæ ad terpandrū Antisseū usqз ad sēptē neruorū fu isset: diuisit in plures sonos. Idemqз tibicinicā a simpli ciore illa in uariaз mutlipliciöremqз mutauit. Nā pri scis illis tēporibus ad menalipidē usqз tibicies erāt mer cēnarii poetarū. Ex quo patet & poetas antiquiores es se: & illis tibicines subseruire solitos ut magistris. Sз po stero tēpore etiā hoc uitiatū ē. Quare aptissime phere crates ille comicus atheniēsis qui Alexandrum regē in exercitu ē secutus: introducit musicā & persona & no mine poeseos: quæ muliebri ornatu & corpore uerberi bus cæso ac lacero contumeliæ causaз quærenti iusticie ita respondet. Audire postquam cupis egoqз dicere. di cam nec audiaз malorū principiū. Melamppides fuit uel i primis mihi duodecim qui me remissiorē iners la xāqз neruis unus efficit miserā. Et ne longior sim for tasse quam ratio conuiuii uideatur requirerē ut apud eū dem Pherecrateз poesis loquitur: secutus post Mellam pidem est Cinesias atheniensis qui etiam impietatis cri mine famosus musicam fecit deteriorē ex harmōiis fle

xibus delicatius additis. Hic phrynis i quinq; harmōias duodecī cōstituit. Deinde Timotheus milesius malorum cumulum addidit musice neruis omnium primus undecī usus. Et hec omnia apud eundem poetam. Nā Aristophanes Philippi filius qui tetrametrum a nōnullis & octametrum inuenisse dicitur. Philoxenem commēorat modulos induxisse in circulares choros: obidq; quam omnis superiores decus musicæ grauitatemque pristinam magis uitiasse. Possem & quæ ab Aristoxeno musico eodemq; phylosopho in hanc nouam & effoeminatam musicam referuntur: & alia quædam non inutilia percurrere: ni uererer quod Metellus antea monuit iam prope adesse: qui Rembaldu; accersat ad pricipē. Quare de musicis si uidetur nunc satis: nisi aliter fortasse Rembaldus senserit.. Cupere; me hercule sermonē istū audire omnē: qui & pulcher ē & minime usitatus. S; qm̄ meus mihi puer renūciauit principē nr̄m iam cænasse: operæprecium puto: ut sermonis quod relinquitur in aliud commodius tempus differatur. Non longe enim abesse nuncius potest qui me accersat ad principē. Reliquū ē ut q̄ sepissime una simus quo p illiusmodi cōmētatiōes efficiamur nō mō eruditiores: sed etiā meliores. uidetis eni; quot sint hominū īsidiæ. quot fraudes Quotumqueq; īuēias q uirtuti studeat: qui uera gloria delectet. Alii opibus inhiāt cumulandisq; nummis & dies animi cruciantur & noctes. Necquiquam omnino est quod modo se fore locupletiores speret: nminus per omne facinoris nefas aggrediātur. hic qd̄ ē quottidie uidemus & furta & peculatus &

Rembaldus.

e iiij

expilationes & sacrilegia. hinc circumscriptiones: hinc doli: hinc nefaria ueneficia: hinc rapine: hinc mille uel fallendi uel uiolandi genera manant. Alii ut sunt inep tiae leues elati ambitione per omnem effrænatã animi cupiditatem atq; impetum ruentes cum cunctis superi ores uolunt humilimis etiã inferiores reperiuntur: quo in genere hi mihi maxime uidentur errare qui regũ & principum beneficio magnis quibuspiã honoribus fue rint magistratibusq; potiti. Ignorantes hi quidẽ aptis simum illud artaxerxis generi orontis dictum ita regum amicos nunc totum posse: nunc autẽ minimũ quemad modum numeratorum digitos nunc decies millenaria: nunc unitates ponere solere. Nõnulli pulchritudie sua quadã insolentes forme præstantiam cæteris bonis om nibus anteponunt: qui si quidẽ intelligerent quã fragi li bono breuiq; confidunt non quæ in cute sed quæ in tus est: uenustatem ac decorem admirarẽtur. Illudq; se cum ipsi creberrimo sermone usurparent quod non de hippolyto copiã magisquã de omni adolescentia quæ huiuscemodi bono floreat quã uerissime cecinit. M. an neus Seneca: Raris forma uiris sæcula prospice: Im punita fuit. Nam qui uires ostentant suas & corporis robore exultant quantum aut gladiatoribus aut siccari is præstent: non ĩtelligo. Præterea licet iis cogitare aut Aiacis Homerici aut milonis Crotoniatæ illius exitum Et ut summatim loquar nihil esse uideo neque in cor poris nec in fortunæ bonis: cuius sibi quisquã polliceri

uel ſtabilitatem uel diuturnitatem queat: Itaque ſi uolumus ſecuti certe uolumus & ſolidis & tranquillis & egregiis quibuſdã diuitiis abundare quas nec Iouis ira nec ignis nec poterit ferrũ nec edax abolere uetuſtas: ſi quam tãtopere ſequimur laudem gloriam honorẽ conſequi cupimus: ſi & formoſi perpetuo eſſe robuſti que inſtituimus: ſi quicquid aut magnum aut praeclarum uel haberi uel dici poteſt: uendicare nobis ſeruareq; ſtudemus: unam uirtutis præſtantiã atq; ſplẽdorẽ ante oculos ponamus oportet. Cuius quidem uel ipſe mirabilis aſpectus diuinuſq; uultus in tantum nos ſui amorem concitabit: ut uel in ea contemplanda fœlices futuri ſumus. Quare nõ poſſũ eos nõ uæhemẽtiſſime deteſtari: qui aliud nihil quam de flagitio quam de ſcelere cogitant: dieſq; & noctes per omnem animi ĩpotẽtiam furoremq; conſumũt. At totius immortalitatis obliti: quos corpore dumtaxat natura ipſa genuerat: ſe animo quoq; mortalis faciunt. Quẽ.n. ſanctũ quem innocentem quem bonum uirum reperias? Alii ut ſunt imprudentes ac proterui per omneq; immanitatẽ in facinus ſe precipitant. Nihilque niſi ui ac uiribus ut ſunt omnium ſuperbiſſimi adipiſci uolunt. Alii q̃dem uer ſutiores occultioriſque ingenii perinde atq; odioſe quædam moleſteque uulpecule omnia dolo malo atque perfidiã moliuntur. Flagitioſos alios: alios obſcoenos aſpicias Sed cum omnis ĩprobitas odio habẽda ſit & ad modum execranda: tum eorum maxime qui cũ maxĩe ſtudent homines haberi quorum ſane per magnũ cir

cũquaque numerũ uidemus: efferatę sunt & pernicio sissimae quaedam belluae. Nam pro deum atq; homi nũ fidẽ: eo prorsus miseriae infelicitatisque uentũ est: ut Nunc si depositum nõ inficietur amicus Sed reddat ue terem cũ tota erugine follem. Prodigiosa fides & thu scis digna tabellis: Quaeq; coronata lustrari debeat ag na. Et usq; adeo uitiorum omniũ pestis inuasit: inualuit irroborauit ut sapientiae & bonitatis nomẽ obscuritatẽ ac dedecus afferre uulgo existimetur. Itaq; secũdũ eũ dem poetã egregium sanctumq; uirum si cerno bimẽ bri hoc monstrum puero & miranti iã sub aratro pisci bus inuentis: & foetae comparo mulae. Quae postea quã

Aenicus

modestissime locutus est inquit Aenicus optime Rem baldus consulit: qui nos ad uirtutis decus maiestatem que hortatur. Quod ut faciamus: nostra etiam sponte incitati esse proniq; debemus: si quidem faelicitatatis nos magis quã miseriae participes fieri cupimus. At interim dum mẽsae collũtur: scire Pilicio ex te uelim: quod Rembaldus modo a Iuuenale scriptum quasi mi raculũ protulit: quid causae esse pures: cur mulae steri les sint? Id. n. in obscuriore quadam nature scientia ab

Pilicio

ditum atq; reconditum arbitror. Rem inquit Pilicio recte iudicas. Est. n. naturalis quaedã causa: quare nõ cõ cipiant mulae. Nã si agrigẽtino Empedocli credimus id ob eam rem accidit: quod matrix & parua sit & hu milis & angusta & in utero naturaliter dehorsum uer sa adeo ut in eam saemen quoniam ostium non pateat obuiam: iaci rectum nequeat: quo si etiam casu iaciatur

ea tamen illius capax non ſit. Quam quidem ſententiam Diocles confirmat: qui ait ſe uſu uidiſſe ſæpe eiuſmodi multarum matrices in illis cæſis. Subditq; eaſdem quoque eſſe cauſas ſterilium mulierum Ad quæ ſurridens Ferufinus quid de nudis dicemus inquit: qui inſtrumenta omnia natura habent dimidio qua; opus ſit in omnes partis mirabiliora? Nam muli omnes infæcundi ſunt. At mulorum ſæmen propterea īquit Pilicio infæcundum philoſophi putāt quonia m tenuis ſit ac frigidius. Quamobrem uiri quoque ſenio confecti ac iam naturali illo gignendi calore uigoreque deſtituti infæcundi redduntur. Tum Thebaldus ſi quide; eā ſententia uera eſt: quam Ferufinus attulit: cum de infæcunditate uiri ſermo haberetur: futurum uereor ut quamplurimos huiuſce noſtre tempeſtatis homines rudior poſteritas mulos fuiſſe opinetur. Quibus uix dictis men iſq; iam ſublatis ſcitus cuiſpiam adoleſcens cænaculi hoſtium ingreſſus Te Rembalde īquit ad ſe princeps accerſit. Propera igitur quantum licet. Nam iamdudum cænauit. Quibus auditis illico ſurrexerūt omnes. Actiſque citro ultroque gratiis et Rembaldus ad principem: & reliqui ad ſua quiſque munera maturarunt.

Feufrinus

Pilicio

Thebaldus

F I N I S.

Francisci Philelphi. Ad Thomam Thebaldum Mediolanense. Conuiuium Secundum.

Collocutores. Triulcius. Thebaldus. Aloysius. Corradinus. Torellus. Guarnerius. Tertius. Axcretus. Muzanus Lancellotus. Franchinus.

q Va quadam optima illustrique fortuna uideo cōtigisse Thōā Thebalde: ut Mediolani hoc tempore conuiuia celebrari more quodā maiorum coeperint: qbus ea essent apposita obsonia: quae multo magis animi & eruditionis: q̃ corporis illecebrarumque delicias pre se ferrent. Nā qui curiosius corpori student: id efficiunt: ut & illius simul & animi um atque elegātiā omnē uitiet. Sȝ qui animi sese quā corporis memores maluere: nō potuerūt hi nō utriqȝ prospicere tum saluberrime tum pulcherrime. Praeterea quid aut turpius aut foedius: quā Poggium bambalionem ethruscum istum intemperantē scurram facere solitum audimus: uel insanius se cibo ingurgitare: uel diluuio potus obruere. Quid uero hūane dignitati cōuenietius q̄d aptius q̄d formosius q̃ id prestare: ut a pecudum natura quamlongissime distemus: ut enim eae sensu & agunt̃ & rapiuntur ad pabuluȝ ac potum: quibus ipsis incolumes tueantur se ab interitu quo aīmus simul corpusqȝ delet̃: Ita homo quē rō īseri oribus caeteris animātibus & regē p̄fecit & dn̄ȝ mētis ductu atqȝ imperio cunctis in rebus aut ītelligēdis aut

obeundis sic utitur ac fruitur: ut nō obscure aliud quid dam corpore praestantius atq3 immortalius propositū habere curareque uideatur. Itaque sapientes & graues uiri: quoniam se penitus perspexerint: animum colore perinde atque diuinam quandam hominis partem om ni studio industriaque contendunt. Id autem facientes corpori etiam quamoptime consulunt: quippe quod ip sa temperantiae lege ac bono non seruatur solum: sed augetur mirifice. Nam qui facetum prudentemque ser monem de rebus ingenuis & auditione dignis inter cae nandum miscent ac fouent: non possunt non esse & cibo temperantes & potu. Qua quidem una re ali ani uum qui ignorat: is mihi animum habere non uidet. Sed ut animi merore marcessit etiam corpus: ex quo maerorem nominatum puto: ita ab illius tranquillitate securitas omnis manat in corpus. Intemperantis enim hominis mentem: quae ipsius animi ueluti sensus est: premi epularum mole & agitari fluctibus procellisq3 potitandi. nemo est: qui sui compos ignoret. Id aute3 quantam etiam corporeis membris iacturam afferat: discere quottidie licet ex uulgo. Verum dum temperā tiam laudo: nescio quo pacto sum ab instituto delapsus longius. Quare ut unde defluxerat: oratio nostra reflu at: non possum fort nam tuam Thoma Thebalde nō probare: cum in aliis pluribus rebus: tum in hisce trib3 conuiuiis: quibus deinceps superioribus modo diebus perpulchre & summa tua cū laude interfuisti: primo apud Iohannē antoniū Rēbaldū modestissimū & hu

manissimum uirū altero quod in præsentia nobis uer satur in manibus apud arasinum triulcium hominem magnum & sapientē: tertio uero apud Andream Bira gum uirum sane splendidissimum : ac nullius uirtutis inopem cuius suauitatem ac magnificentiā alio deinde uolumine fortasse complectemur. Nūc enim cuiusmo di fuerit triulcii cæna: eodem sum prope ordine prose cutus: quo hesternam illam: qua & te uirum ornatissi mum & alios familiares honorificentissime: Rembal dus exceperat: Nam cum senatores nouem uniuersos haberet Triulcius in hortis conuiuas: tuque missus a di uo principe nr̄o archāi quippiā relaturus in senatū: ad eos quo diuerterant: uenisses : essesq; sehorsum cum iisdem pro rei pondere plusculum diei quæ retuleras cōmentatus ubi rediturus in arcē iā esses: ac te triulci us ut ipse quoq; apud se cenares: uerbis pluribus comi ter inuitasset: tandem posteaquā te difficiliorē ad obse quendū uidet ita rursus modice aggreditur.

f Acies tu quidē thoma thebalde cum hisce pa tribus conscriptis. tum etiā mihi rē admodū periucundā: si apud nos cænaueris: quandoquidē & otii quippiā: quod raro solet nunc tibi contigit : & cæ nandi tempus iā non ianuam solū ac fores sed & po stes intrauit & hostia. Facerem sane inquit thebaldus Arasine triulci quod & patribus uideo tibiq; gratum esse. Sed ut scis nobis otium nunquam datur. Nam fre quentes persæpe inter cenandum ueniunt : qui nos ac cersant ad principem. Solentq; eius rei gratia uel e me

Triultius
Thebaldus

dio somno excitare. Itaque mihi quæso ignoscite. Tū Aloysius crottus: Nolim equidem meliores tibi condi tiones dari quam mihi. Scis enim in eodem me quoq; uersari ludo. Nec tamen uolui triulcio minus reliquis que conuiuis morem gerere: præsertim cum eo sit ige nio clementissimus princeps noster ut gaudeat aliquā do nos animi labore tātisper relaxari: dum ueluti recre emur reficiamurq;. At quid multis corradinus inquit ē opus: uel rogatus apud nos cæna uel coactus ui: nisi for tassis idcirco nos fugis: quoniā putes nullos apud nos fore: qui quod hesterna cæna tibi apud iohannem anto niū rembaldum audio contigisse: tuas auris cātu sono que demulceāt. Sed intelliges falli te opinione tua. Nā si minus nobis aut psalterium aut lyra futura ē aderunt tamen qui & tubis utantur & tibiis & ita certe utātur ut in sono ipso per omnem cōuenientiæ musicæ digni tatem eos suauissime etiā cecinisse sis dicturus. Tum exhilarata facie leni cum risu thebaldus me inquit Cor radine & ui uincis & argumentis. faciam quod iubes ea tamen lege: ut mihi patronus sis apud principem si quid forte succenseat. Ne dubites inquit corradinus Ego enim si quid opus fuerit: pro te præstabo. Ve rum heus tu si quid eris alieni conflaueris: ipse dissol uito. Nam patronum me non sponsorem in tua causa polliceor. Modo ne præuariceris ille subdidit: ut libet agito. Sed inter hæc cænaculi præfectus cum monu isset iamdudum esse discumbendi tēpus: tubicinesq;

Alosius Crot.

Corradinus

Thebaldus

Corradinus

ac tibicines continuo in hæc uerba per alternas sonorū uices exorsi sunt.

Magnanimi proceres diui pars maxima nostri
Principis: ætherios quos inclita fama sub axes
Extulit: ad mensas tandem discumbere pictis
Maturate thoris: epulis simul addite dextras
Incipe belligeri dux o fortissime Martis
Guido torelle fide magnus & obsequio.
Consilio pollens animo memorandus & hasta
Primus prima pater perge sedere loca.
Tu quoq; fulmineo genitore creatus othone
Vndiq; qui latium potuit lustrare tropheis
Tertius: ipse tibi sedem uir magne secundam
Selige: qui nulli es merita pro laude secundus.
At tu quem Genue decus armipotentis & astrum
Posteritas nunquā longa silere queat:

Blasius — Blasi sume locum: non quem meruere triumphi
Ingentes: sed quem numen & hora tulit.

Franchinus et guar. castel. — Hec duo gentiles pariter discumbite læti
Tu Franchine uirum simul optimus: optimus & tu
Guarneri titulis pariter redimitus uterq;
Atq; pari probitate uigens & uiris & æqui

Aloysius et lā. crottus — Crotte pater superis Aloisi carus: & alto
Culmine uirtutis undiq; conspicuus.
Fratrem sume pium: lautæq; accingere mense:
Quamque soles hilaris indue iam faciem.

Corradinus — Corradine fidem cuius per dura philippus
Tempora sub dubiis rebus regniq; rebellis

Fluctibus expertus : pulchro insigniuit honore:
En age quam malis meritus tibi delige sedem. Maffeus muz
Qui dulci grauitate uales Maffeæ uel ipsas.
Demulcere færas: flectere saxa loquens:
Quem per mille tibi casus uirtusq; deusq; Thomas The
Constituere: locum uir cape magne tuum.
Iunior annorum Thoma Thebalde rotatu
Sed probitate senex. qua te super alta locauit
Sydera laudis honos: epulis accumbe: tuisq;
Ingenuis salibus mensam dictisque serena
Quandoquidem primus qui nulli pace uel armis
Cedis Arasme uiro: discubuisse fugis Arasmus triu.
Vltimus ad mensam tandem concede Triulci.
Cuius nulla decus sæcla tacere queant
Itaque ubi singuli quo illi ordine consedissent: iidem rursus mutato modulos numeros ad huiusmodi uerba deinceps simul accommodarunt.

Hic ē anguigeri principis inclytus
Ordo: qui patribus conspicuus nouem
Equa iusticiam lance merentibus
Expenditis tribuit munera fortibus.
Nec quēquam patitur iuris & ordinis
Immunem fieri. prospicit omnibus.
Nec falli didicit: fallere nescius.
Si nobis igitur grata canentibus
Detur pro meritis: mensa parabitur.
Nunquam stoicidis poneret aridam
Zeno uel Samius rusticior magus.

Sed quam quisq; sibi non inopem uelit.
Sunt qui laudibus ad sydera maximis
Tollant pauperiem: quam tamen abdicant:
Cum se diuitiis omnibus undiq;
Stipant: philosophos propterea uocant
Felices: quoniã pauperiem colant.
Cur non ergo tibi quod simulas: bonum
Fallax. pauperibus cum licet omnibus
Esse: amplecteris? & rursus o omnium
Fallacissime: qui tollis inanibus
Verbis pauperiem: cur tibi purpuram
Optas & uariis pondera poculi
Geminis assyrii & cornipedem ferum
Quali uel macedo presserat Indiani
Aut castor potuit currere cillare?
Nobis non petimus grandia munera
Non fuluam pateram: non roseos choras
Didonis sonipes nullus: & omnibus
Miratus Danais undiq; baltheus
Quo uates periit curribus insidens
Ad ditis solium: funditus obrutus.
Non Aegiptiace pellicis unio
Non Croesi petitur non melior Midæ
Thesaurus phrygiæ regis & arbitri:
Sed quantum uolueris temporibus satis
Erit uitæ dubiis: assidui doli
Quæstorum cruciant nos inopes nimis.
Non recte canitur: cum stomachus riget

Cum mentem misere sollicitant uagam
Curæ:nec placidam dat requiem cibus.
Quantum quispꝫ suo uel modicum appetens
Deberi genio nouerit impotens

Guido Thorel

Qui quidā ubi iam cænantibus illis contiguissēt: Tibi
Arasme inquit Guido Torellus isti canunt non nobis:
quos habes apud te equiuas. Nam omnes sumus in re
gnō tuo. Itaque recte feceris: si tubis quoque ac tibiis
consulueris: quo sonātius canāt. At quæ surridens guar
nerius Castellio non Arasmo Torelle īquit canitur: sꝫ
nobis potius: quos quantū interpretari mihi uideor: hi
uel insimulant uel incusant. quoniā minus æquam mer
cedē suo muneri publico: per nos consultum querantur
Et ne id fortassis iniuria. Nā cū cæteris in rebus libera
litas diui principis nostri: uel magnidecentia potius ue
luti eluceat in minimis nescio quo pacto tanquaꝫ obscu
ratur id quod nobis uitio dandum est: qui eius laudem
in hac re negligimus: omnes intelligunt. Nemo eiꝫ est
qui nesciat philippum mariam anglum cum aliis per
multis ingentibusqꝫ uirtutibus præstare cunctis morta
libus: tum uel in primis magnidecentia. Nam quantuꝫ
alii mereantur accipere ita metiri solet: ut nihil tam de
cere quam magna conferre magnum & excellenteꝫ ui
rum ac principem existimet. Itaque non iniuria illud
Antigoni regis dictum in Thrasillum cynicum ridet
aliquando. Cum enim tachinā thrasillus ab eo petiissꝫ
respōdit: Ad hoc dare ñ est regis. Cūqꝫ ille subdidisset
ergo da mihi talētū. excepit eadē argutia ātigōis: at id

Guarnerius c

f j

accipere non est cynici. Quare nequaquam omnino re
cte fortassis eam quae nostre fidei prouincia mādata est
neque pro dignitate principis nostri gerimus. Nā & in
quos parum conferendum sit: multum: & in quos mul
tum non modo parum conferimus: sed ita conferimus
ut id tandem sero quantulūcunq; est: quod certe perpa
rum esse solet: & claudum omne mutilatū praebeatur.

Torellus An inquit Torellus parum tibi uidetur constitutū aut
tibicinum labori? nequaquam. Nam & hi & alii hu
iusmodi permulti: quorū opera uel minime necessaria
est: uel contemnenda: habent dimidio etiam plus quā
debent. Quo fit: ut dicere etiam non insulse familiaris
meus quispiam consueuerit: si optionem oblatam uide
at: malle se aut uenatorium canem: aut accipitrem apud
nos degere: quam uel philosophum uel poetā. nā iis qui
in rapina uersentur: esse affatim omnia publicitus pa
rata: quae non solum ad uictus: sed etiam ad uitae cultus
elegantiam pertinēt. Sapientiae uero & bonarum arti
um studiosos tum premi inopia tum contemni. Qua
enim mēte: quo animo magnos ac praestantis uiros esse
putemus: quibus non modo nihil pro dignitate tribuit
uerum etiam minimum illud quod constitutum habēt
nunquam exigunt sine foenore? Quae quam sunt aliēa
a principis nostri magnidecentia ipsi cōsideremus. Tū

Torellus surridens Torellus quid mirum inquit: si philosophus
philosophos tueatur? de quibus quid sētiā postea dixe
ro. Verum nouum mihi quoddam uerbū uideris usur
pare: quod ante hac audiui nunquam. Quid eī uocas

magnidecentiam? Si te ipsum Torelle nolueris: si p[er] prae-
claras ac prope singularis uirtutis tuos expendere: quid
ego magnidecentiam uocem: facile cognosces Tum ille Guarneriu
omitte de me Guarneri: quem quanti facias omnes intel
ligunt: & ad id modo quod quaerebatur: accede. Quid
magnidecētiam esse uis? Est inquit magnidecētia me
diocritas quaedā in re pecuniaria circa magnos sūptus
ac magnas largitiones: quae sane non paruos deceāt: ne
q[ue] mediocris: sed magnos & amplissimos uiros huius
autem extrema duo sunt: quae uitii locum tenēt: alterū
urgens in parum deiectio: quā Graeci quoniam non ma
gnos: sed paruos deceat μικροπρεπειαν hoc ē par
ui decentiam nominant: Alterum excedens in nimis uē
dicatio: quā iidem tū βαναυσιαν tū σαλακωνιαν
tū απειροκαλιαν nonnunquā uocant. Nam & sor
didi opifices & inopes fastuosi & ii omnes qui rerum
pulcherrimarum rudes atque imperiti inani ducuntur
gloria: uendicationi studentes uideri quam esse magni
decentes uolunt: Itaque magnidecentia dicta est ut grae
ce μεγαλοπρεπεια a decēti q[uo]piā dignaq[ue] magnitu
dine. Iure autē huiusmodi habitus laudatur: quippe q[ui]
nequaquam in quauis actione selertioneque uersetur.
sed in sumptus magnitudine pro decoro. Quod enim
decet: ornamento est: Non autē quique sumptus. orna
mentum afferunt: sed maximi: cum & tempestiui sūt
& pro dignitate fiunt: quales in nuptiis in natalibus: &
in claris excipiendis hospitibus apte solent. Nam qui
calonibus ac lyxis congiariū praebet: & zonariis sese

lanariisq; ostentat: non is magnidecentiæ laudari: sed uændıtationis sumptuositatisque notari expetit. Qui uero in huiusmodi decoro dignitatisque ratione se par uum gerit is mihi deiectus quispiam uideatur. Admit

Thorellus

to equidem guarneri torellus inquit quaz de magnide centia descriptionem affers. Neq; tam uerbi nouitate moueor quam delector dignitate rei: quam certe dece re magnos uiros in sumptus erogādique magnitudine in egregiis quibusdam inusitatisque muneribus ac largi tionibus non possum non probare. Verum si quis non philippus maria non magnus quispiam uir: at idez aut mediocribus: aut etiam tenuissimis facultatibus fuerit: qua hunc uirtute niti ad huiusmodi laudem existime mus: quandoquidem magnidecentia nequit? Facilis est

Thorellus

Torelle uel istiusmodi hominibus gradus ad nominis claritatem. Nā qui magnificis sumptibus esse magni decentes nequeunt: at liberales certe mediocribus ac su

Guarnerius

is queunt. Istam autem liberalitatem ille subdidit cu iusmodi esse uis? Et hæc item inquit Guarnerius cir ca pecunias sumptusque uersatur. Prodigalitatis enim est & auariciæ mediocritas. Nam qui pecuniis recupe randis præter decorum gaudet: earum uero amissio ne uæhementius dolet atque affligitur: hunc nimiruz auarum: quippe qui auri sit aut æris auidus & appel lamus & ducimus. Sed cum minus gaudet: tum mi nus etiam dolet: quam opus sit: & dici prodigus & existimari solet: hoc. ut opinor. nomīe idcirco appel latus: quod suarum rerum consumptor quispiam sit.

Qui autem in his utrisque gerit se: ut oportet: liberalitatis sibi nomen uendicat: quoniam liber sit neque defectui parens nec excessui. Et tuam istam de utraq; uirtute distructionem: & quae attulisti extrema: & quodque singillatim non possum non probare. Verū tu plane quod ego quoque antea iudicabam: cum dixissem me postea dicturum quid de philosophis sentirē: facileque tuo sermone confirmasti. Et quidnam? pantoedas inquam Lacedemonius cum in academia philosophi & multa simul seriaque differerent: ac deinde ab iis interrogaretur quid eiusmodi sibi uerba uiderentur. Quidnam aliud respondit: quam studio digna? Caeterum habentia utilitatis nihil. Habet profecto inquit Guarnerius eam utilitatem philosophia; qua nihil est neque utilius nec praestantius nec melius. Nonnulli medicinam admirantur: & eius primos inuentores diuinis honoribus consecratos uolunt: quoniam illius artis diligentia multo ante caueri possit ne bona ualitudo amittatur deinde quae adest quaeque praesens ē: ne imbecillior fiat eiusdem obseruatione facile praestatur. Sin autem amissa fortasse fuerit: ut recuperetur: eadem ipsa itidem curat. Quod si corporis medicinā tanti facimus: quanti philosophia sit faciunda quae una sanitatem animi & praeseruat & conseruat & curat? Nec ea solum ociosis uiris hoc est ingenuis & urbanis sed īperatoribus quoq; ac belli ducib; colēda ē plrimū opportet inq̄ īperatorē ac ducē uel ēe philosophū uel uti philosophis: si q̄d nō tēere ſ; cōsilio si q̄d mēorati Guarnerius

nicolaus

dignum facturi sunt. Ad que Nicolaus tercius ridens At ista iquit ratione nullus est hodie imperator nullus dux uerum hec mihi non dicuntur sed cum aliis quibusdam. tamē guidoni. huic & blasio quorum uterq3 post tot. ac tantas res splendidissime gestas. quoniam philosophiam neuter dedicerit: non erat rerum bellicarum laudibus Scio equidem inquit guarnerius & blasiū & guidonē. eas res. terra marique gessisse. quas nulla unquam obliuio capiet Te uero ad paternaz gloriam per magnū. item attulisse splendorem non suz nescius. uerū hoc mihi facile sitis concessuri. neminem uestrum quicquam esse uel consecutum. uel molitum temere. nihil imprudenter nihil per libidinem: nihil per animi impotentiam. Sed omnia cōsilio & prudentia nos gessisse: omnia constanti solertiq3 ratione nunquam ut oppior negabitis. Tum nicolaus: hic nos blasi argumentis superat proinde. siquid habes. ad res ualidius quod contra afferas. ipse iā descende in aciem. Quidnam iubes inquit Axeretus. ut contra nos pugnam meam Imo sane

guarnerius

guarneri & torellum & tercium tecum iocatos puta. Nunquam enim rem ullam grauiorem obiuimus. quin aut aristotelem aut platonem aliquem nobiscum haberemus e cuius fonte uel ad belli uel ad pacis negotia præcepta hauriremur. An putas uel Nicolaum hunc tam multas res præclarasque gessisse uel guidonem Neapolim in tanta sua cum laude recuperasse aut me

Axeretus

Caietam formidabili illa nauali pugna tam imminēti
periculo liberasse sine summi alicuius philosophi præ
ceptis ct tamquam auspiciis ? Certe philosophi unius
summi eiusdemq3 grauissimi īstitutis semper dictuq3
usi sumus philippi huius marie angli cuius sapiētia tā
ta est tanta ingenii uis tanta inuicti animi magnitudo :
tantus splendor tantum robur ut nō a philosophis edo
ctis sed docuisse philosophos & unus philosophiā pri
mus oiu3 peperisse aut paratā aluisse educasse ornasse
q3 uideat nā si qua fortassis & ea qđ ptenius philoso
phia fuit ante hæc tempora eiusmodi certe censenda ē
ut corpus haberet sed sanguinem & animam non ha
beret . Erat enim & infirma & nugatoria qua ipsa re
factum est ut non unum philosophie principium sed
scole plures proferantur . Sed hic sapientissimus prin
ceps noster totus est philosophus & uere cuiusdam
philosophie auctor ac parens . Nam & speculatur res
altissimas ac diuinas cum mirabili quadam intelligen
tia:& queque agenda sunt ad rationis omnia refert im
perium & cum in hiis omnibusque moris uirtutes sunt
pro mediocritate perturbationis cæteris mortalibus an
tecellit tum iusticia deus; mihi aliquis uidetur existi
mandus . Nec tam querit que iubet philosophia
quam & agit & facit quo fit ut illud eudanide dictum
de se nunquam uereri queat . Is enim : cum uidisset
aliquando in academia xenocratem iam seniorem qui

f 5

cũ familiaribus disputaret iterrogauit qui nã is senex es set Cui cum respondisset quispiam eum esse & sapi entem uirum & ex illorum numero qui uirtutem que rerent Respondit non insulse. Et quando inquiens ea utatur siquidem nunc querit? Et magnum certe est sci re philosophiam. sed multo mea sententia & maius est & illustrius? & admirabilius quae philosophia iusserit usu & exercitatione complecti ne forrasse phormiões aliqui apud Annibalem uideamur hoc est rerũ quarũ scientiã profitemur imperiti ac plãe rudes. Et pfecto ri diculus ille mihi uideri solet qui aliquid se nosse profi tetur cuius usum non teneat nec uelit presertim: cũ om nis uirtutis laus in actione sit posita. Tũ Maffeus mu

Maffeus muz.

zanus excipiens. profecto inquit blasi q̃ uerissime uide ris dicere Et ne a phormione quopiãm discedamus idẽ eudamidas lacedemonius. Archidami filius. & Agidis frater cum philosophum audisset qui bonum impera torem solum sapientem esse dissereret: Oratio quidẽ subdidit mirabilis est. Sed qui dicit minime credẽdus est. Non enim tube strepitus cum circumdedit. uerum utrunque se res habet amandi sunt philosophi & eru diti homines in primisque colendi: multa enim uel sci entia ipsa afferunt que & rerum publicarum principi bus & regibus non mediocri sunt ornamenot. Nam

ut reliquos prope infinitos preteream quis ignorat quã tum uel pericli Anaxagoras uel dioni. plato uel Italo rum primariis pytagoras doctrina profuerit Nonne Cato ad Athenodorum ab ipsa militia nauigauit? Naꝫ quod scipio affricanus panetium Rhodium illustrem ea tempestate philosophum accersiuerit cum ab sena tu tercium missus esset qui urbium nationum regum que inspector intueretur Quis urbes hominesque ani mis qua lege tenerentur ac idem quoque polibium lici filium & domi & belli i summo semper honore habu erit & græce & latine ostendunt historiæ permultum hic ille Athenodorus uel senio confectus uiuit Octauia num augustum per multum diem prusinensis claudi um tiberiũ. Per multũ Traianũ cæsarẽ plutarchus che ronensis & alii item philosophi ac perdocti homines & imperatores & reges iuuerũt atque ornarunt Quæ dum muzanus loqueret̃ Torelli filius admoduꝫ puer ce leriore incessu patrem adiens nescio quid insurrauit : Neque exaudiri quicquam potuit. nisi quod aliquid ni xius orasse uidebatur. Et quoniam puer ueluti anela re uisus esset. Post hec inquit Muzanus noli puer ĩces su uti tam ueloci quo & corporis magis sis compos. & grauitatem ab ista usque ineunte ætate induaris. Quod ille audiens rubore perfusus est respondītqꝫ

Muzanus

nihil. Tum pater eum aſpiciens nihil ne inquit reſpon dens ad Muzanum : cuius nam ſimilis es : qui uerbo uno confundaris ? Tum Axeretus quid filium torelle ita caſtigas ? quid toruo puerum uultu aſpicis ? cum & ariſtoteles ut in ſene uituperat ita in pueritia rubo rem laudat. Et Cato ſenior dicere conſueuit ſe lon ge magis iis iuuenibus delectari qui rubeſcerent quam que paleſcerent. Tum torellus. At ego. Neque rubo rem probo in meis, nec palorem uolo. Naȝ alter eſt poe næ alter caſtigationis iudicium. Itaque cupio ab uſque puero ita ſeſe componat filius ut neque animaduerſio ne in ipſum nec caſtigatione me uti oporteat. Nam quod uelocius incedit quam par ſit non poſſum tecuȝ non ſentire. Sed iam ſe milicie quam a maioribus habȝ hereditariam accingit. Tamen inſtituendus eſt ut in cendat non currat. Noli obſecro inquit Lancelotus bo num morem quem habet natura inſitum poeneque in natuȝ tuus iſte probus puer aut inuertere aut deprauare Equidem ſi mihi in meis liberis detur optio puerum malim qui ueloci quam qui tardiore utatur inceſſu. nā qui feſtinantius, natura poteſt facile etiā moderatius cū uolet grauiuſqȝ ĩcedat. Id autē cōtra licere ꝑ arbitratu nō arbitror. Aſſētior inqt coradinus tue iſti ſētētie. nā ſimile quippiā quodāmō ĩ iis aĩalibus aduerti et q̃ reris

muzanus
axeretus
Thorellus
Lancellotus

dicuntur & quæ terre. Nam quæ uolant gradiuntur quoque. Sed quæ gradiuntur ea nequaquã uolãt cuius quidẽ rei cum mecum ipse rationem diligentius querere me ea se mihi offerebat que natura non errat. Quicquid .n. inferior nam potest idem etiam superiorẽ posse quis dubitet? Idem autem contra fieri non licet. Sed cum uolandi uirtus longe sit ambulandi uirtute præstantior eo fit ut quicquid uolare potest eidem etiam ambulare licet sed contra fieri nequisquã liceet haud .n. quæ natura ad gradiendum instituit eiusmodi animalia unquã uolent rursus cum quicquid non simplici quadam est sed mixta natura & grauius habeat & leuius quiddam admixtum dominentur autem utrũque alteris altera & grauiora leuibus nõ formæ sed materiæ dominatu & forme dominatu leuiora grauibus cumque ipsa materiæ uis non uolatui sed gressui accommodata idcirco sequitur ut cui uolandi facultas sit eidem etiã gradiendi non aũt contra esse possit. Et ut quiddam fere simile adducam. Nonne eum campestre facilius posse arbitremur qui facile collium ac uallium iter faciat qđ certe contra euenire nequaquam opinor. haud .n. eadẽ facilitate montium qua camporum iter peruadamus. At ego inquit guarnerius hac ipsa re una non paruũ abste dissentio. Nam campestre iter modo longius sed magis nos afficit quam non campestre uerbi enim causa si diutius nobis sit proficiscendum per galliam cisalpinam magis laboremus quam si tantumdem itineris

Guarnerius

Corradinus faciamus. aut per piceni aut p tusciæ cliuos. ac uallis. Recte tu quidem inquit ille. sed quid si per utraque lo ca singillatim non longum, aut multorum o dieruma ter. sed paucorum faciendum sit? Guarnerius Sane. secus accidat. Nam breui itinere nos colles & ualles reddant q̃ cam pus lassiores uerum quid causæ utraque in re esse dixe rimus. Corradinus Cum reliquis non tam inscitia q̃ mutua uerecū dia tacentibus rursus Guarnerius. Etsi reliquis inquit sum inferior dicam tamen quid sensero ne omnino ui deamur qm̄ delicatius nos o triulcius ellegantiusq; ac ceperit quæ uel u a toribus ac tabellariis nota sunt igno rasse Quare quod cum illis est nobis cōmune nō sum dicturus cāpestre iter si longū sit ac perpetuū lōge ma gis fatigare q̃ nō campestre secus autē usu ueire si bre ue fit. Verum utriusq; istiusmodi propositionis ratio petenda ē a philosophis qui soli inter mortales rerum causas norunt. Et ut de lōgiore itinere prius loquar om nis diuturnior ac peremnior motio maiorem laborem affert q̃ &q; breuior est & cu; interuallis. Sed itēr cā pestre huiusmodi esse notionis quis dubitet quādoqui dem & continua ea sit & minime intermissa neq; ua ria aut diuersa sed eadē ipsa semper quod certe per cli uos ac o ualles accidere non potest. Nā locorū iæquali tas. uariet motū & aliū atq; aliū reddat necesse est. & ita ueluti quies quædam interuenit qua ipsa membra tanq̃ reficiuntur propter mēbrorum mutationē diuer samq; figurā Et ut res declaretur exemplo. idē mihi ui detur accidere in ea diuturniore motiōe qua mouemur

non in campestri atque æquali sed in itinere inequali i motu equestri solet ii paruus ist. Nam qui parũ eqtat: idcirco nõ laborat qm mẽbra illico permutant. nec eo dẽ diutius utunt situ sȝ diuerso. Itaqȝ mius fatigamur. Quod secus accidat i cãpestri itinere siquidẽ fuerit lõgius. Eodẽ eiȝ semp quodãmodo mẽbra neqȝ alio atqȝ alio utuntur situ. Et ita nequiescere quidẽ possunt. Quinimo istiusmodi mẽbrorũ status o qui cãpestri longiore illo itinere cõstituitur cãm efficit cõtinui mẽbrorũ & motus. & laboris. cuȝ in eadẽ semper figura sint Atqui ne ab equitatiõe discedã. sum equidẽ in me ipso expertus qui legatus a diuo pricipe nr̃o aut ad romanos põtifices aut ad reges. ad ipatores ad maxios orbis terrarũ pricipes amplissimasqȝ respublicas cũ eqtarẽ ñ plures mõ dies: sȝ ẽt mẽses nõ nunq̃ cõsueui cũ me tandẽ coepisset defatigatio aliud mẽbrũ cõtrahere aliđ relaxare aliud cõtẽdere aliud remittere mõ pedes i equi collũ extẽdere mõ ẽt ex equo descẽdẽs pedester pluscułũ iter proficiscebar quo p situs uariatiõeȝ parta membris quiete quadã dimiueret labor. Ad hec nõne usu uidemus diutius. aut sedẽtes aut ẽt cubãtes ñ mediocri labore premi: qđ certe ipsuȝ nulla alia fit causa q̃ eiusdẽ mẽbrorũ & situs o & figure cõtiuatiõe motu aut nullo. aut eo minio & nõ diuerso iteruẽiẽte. Tum corradinus ais inquit guarneri gressus q fiat per locos inequalis minus o fatigare solere quam qui campestrem regione puadãt. At cõtra fortasse quibuspiã uideat dicãt eiȝ ñ solũ i illis locis ascẽdẽdo descẽdẽdoqȝ ñ ee tẽpestiuã mẽbrorũ mutatiõẽ. sȝ potius subitã iterdũ ac uehemẽtẽ

Corradinus

Guarnerius

ueniuntque frequentissime in templum pro quodã ue
tere instituto canentes ad cytharaꝫ apollinis laudes. sũt
autem graecis mirifice affecti potissimumque homero
cuius Iliada canunt uulgo ne graece quidem intelligẽtes
athenienses ac delios maxime diligunt idqꝫ a priscis us
que temporibus. Aiuntqꝫ nonnullos olim graecos & il
lustris & magnos ad se traiecisse ac uota p̃ciosissima
soluisse graecis inscripta litteris & eodeꝫ modo abarni
ipsum quem modo narrabas descendisse in graeciam
Est autem ea isula ferracissima caeloqꝫ claementissimo
a deo ut quot annis eosdem fructus bis efferat. Quod
autem ad lunam attinet. Ea per parum prorsus abest a
terra & quod ab õnibus luce clarius uideri potest emi
nentias quasdam terrestris in se continet. Tuꝫ Guarne guarnerius
rius mirum est axerete quod narras & ita mirum ut ni
si is esses quem noui ueritatis grauitatisqꝫ cultoreꝫ nun
quã induci possem quin credereꝫ iocari te. Imo inquit
serio loquor non ioco id quod facili comperias si ad

hyperboreos ipsos traieceris. Istud quidem facile fac to fuerit uerum malo que abs te memorantur credere q̄ intelligere & scire admodū cupiam quantū ex iis memi neris quae aut uidisti aut audisti cuiusmodi sit lunae sub stantia quae magnitudo quae figura. Nā haec ipsa de so le hesterno conuiuio apud rembaldū disputata audio.
Thebaldus Ita est Thebaldus subdidit ut dicis guarneri. Quare si quid certi de luna blasius afferre potest perlibenter ipe ēt audierim. Loquar sane respondit axaretus audita.
Axeretus Nā sole magis soleo q̄ luna ac lunaticis delectari. Sed putant hipperborrei lunā esse firmamentum ignitum quod & cāpos contineat & montes & uallis. Quātum
Thebaldus intelligere possū inquit thebaldus. Anaxagoras atque democritus uel ad pyperborreos concesserunt uel hyper borream aliquem audierunt. Nam de lunae substantia eadem uerba proferunt. Sed quid de heraclito dicemus qui lunā uult esse terrā nebula contentam. Etenim py thagoras ille famius lunae corpus esse putat igneae for mae quod etiam plato uidetur sentire cum lunam cōsta
Corradinus re dicit igni plurimo. At stoici inquit corradinus lunā & igni & aere mixtam opinantur. Non idem xenofa nes sentit subdidit lancelotus qui eam nubem arbitrat̄ strictā atque comdressam. At mihi probabilius uide
Guarnerius tur inquit guarnerius locutus Anaximander qui lunā uolunt esse circulum nouies ac decies maiorem quam terram quemadmodum etiam solis plenum ignis defi cere autem pro uersionibus rothe Eum enim circulum

similez esse carpenti rotae quae curuaturam habet con cauam & unam expirationem ignis plenam Tuz torel lus malim aequidem credere meo Axereto qui eiusmo di esse uoluit lunae substantiã ut urbes quoqz & homi nes recipere posse uideatur. Sed quid illius magnitudi ne dicemus. Si uelimus inquit Thebaldus sentire cuz Claudio ptolomeo uiro sane apprime docto & erudito quantitas tocius lunae ambitus studia complectitur cen tũ ac decemseptem ad septuaginta quattuor milia addi tis tamen unius stadii passibus octoginta uno aut pau lo minus. Loquere iquit muzanus ut solos apertius quo quantum sit id paulo minus omnes intelligant. Stadiũ inquit Thebaldus continere uolumus passus centuz ui gintiquinque Est enĩ tocius miliaris octaua pars. Qua re si partias stadium in partes decem & septem accep tis ex eo numero partibus cum habes tanto minus uno & octoginta passibus quos dicebam quantum tibi reli quum sit ubi diuidas passum unum in partes: quot mo do ponebam decem ac septem dentur enim tibi ad tu um numerum partes quindecim. Itaque ad integrum passum partes desint due. Recte tu quidem Muzanus inquit de lunae magnitudine mihi uideris loqui. Est enim humano modo quaz sol uerum etiam q̃ terra lon ge maior id quod ex diametro facile patet Diameter.n. solis terre diametrum continet quinquies ac senus Ter re autem diameter contineat lunae diametrum ter addi tis etiam quintis duobus. Qua proportiõe haud dubie

Thorellus

thebaldus

Muzanus

Thebaldus

Muzanus

intelligi potest lunæ diametrum contineri a solis diame
tro decies & octies additis etiam septemdecimis. Quã
quam sunt qui aliter sentiant. Sane est ut dicis inquit
axeretus Axeretus. nam Stoici hyperboreos secuti lunam dicũt
maiorem quam terram ut etiam solem. Imo ĩquit ma
Muzanus zanus probat parmenides eleates lunam soli magnitu
dine respondere ab eoq; lucem capere. Sed quod ĩquit
Terciuſ Tercius afferunt uestri isti uel philosophi uel astroni
mi de figura lunæ, nunc hic etiam in tenebris ambulãt
thebaldus Stoici inquit thebaldus ponunt lunam orbicularem ut
aloisius solem. At Empedocles inquit Aloysius eam similem
disci asseuerat. Sed heraclitus inquit Corradinus facit
lunam representare figuram scaphe. Isti omnes inquit
Guarnerius Guarnerius quid plus certi afferent quam hi qui eam
argumentantur Cylindri habere imaginem non intel
ligo. uerum qui lunam dicunt capere a sole luce; & par
menides & thales minime sentiunt cum Anaximan
dro & Antiphonte quorum alter propriam lune uolu
it lucem esse quamuis eam quodammodo rariorem: s;
antiphon atheniensis cognomento logomagirus fulgo
re proprio lunam splendere putat. quæ uero illius pars
latet eam obscurari accessu atq; appulsu solis utpote
quod ignis ualentior ignem imbecilliorem facile obscu
ret. id quod in aliis quoque astris usu ueire animaduer
axeretus timus. non displicent istiusmodi rationes inquit Axere
tus. Verum acutior mihi heraclitus uisus est qui soli ac
lunæ accidere uoluit. Ait enim eiusmodi astra, quoniã

ſint inſtar ſcaphe ſucipiantque humidas exhalationes. his apparentibus ultro lucem capere. Solem uero idcirco eſſe ſplendiorem quoniam puriore in aere feratur At lunam propterea uideri obſcuriorem quia eius meatus ſit per denſiorem aerem. ac turbatiorem. Nu3 iſtæc omnia inquit Guido tam pulchra tamque opulenta & pretioſa e theſauris philoſophiæ depromitis? maxime inquit Guarnerius. Quare etiam tu ſapienter feceris ſi ad cæteras laudes tuas quæ & plurime ſũt & maxime hanc quoque eruditionis & ſapientiæ gloriam adiunxeris. Ego ne ta3 ſero diſcipulus fiam? An id ætas mea patiatur qui decurſo ſtadio iam calcem prope modum calce terram. Viridis tibi Torelle ſenectus eſt & acre firmumque ingeniu3. Itaq3 facile poſſis in philoſophia. quod & ſocrates in muſicis. & cato ille ſenior in græcis litteris dicitur grauia & præclara omnia nõ ſeq mo do. ſed etiam conſequi. Quod ſi fortaſſe publicũ hoc minus quod & primum eſt & maximum priuato ſtudio te obſequi non permiſerit facito ſaltem ut filiolus iſte tuus qui tui eſt omnino quam ſimillimus. non ſolũ paternæ miliciæ atque imperii diſciplinam teneat. ſed multo magis philoſophiæ cui ipſi & res militaris ſup poſita eſt & aliud quidquid uel dici uel cogitari nobile & glorioſum queat. Faciam ſane quod mones in filiu3 quandoquidem etiam ipſe iſtiuiſmodi ornamentum uehementiſſime cuper̃ uidetur quippe qui quottidie pergit ad philel̃ũm audiendum multaque reportat que audiens quandoq3 ſoleo certe admirari. Itaq3 modice ferã

Thorellus

Guarnerius

Thorellus

si uel mei sit dissimilimus i istiusmodi disciplinae splẽ dore qui mea corporis linimẽta omni ex parte repraesentat. Verum oppurtune quesierim unde hic accidere Guarneri putes quod alii suorum similes sint alii uero dissimiles. Nam quanta sit filio huic meo mecum similitudo uidetis omnes. Ego quoque patris dum uiueret ita erã similis. ut sola aetas discrimen faceret. Quid multis. Ne ulla fieret dissimilitudo mihi quoq3 qđ nollem. podagram natura dedit cum illo cõmunẽ & eãdẽ prorsus Rem inquit Guarnerius Thorelle quaeris. & pulchram & a phaenicis diu multumq3 disputatam & est profecto res miranda atque digna studio. Videmus enim quottidie usu uenire ut aliis sint patrum similes & id quidem non admodu3 saepe. Nã paucos genuit similes natura parentis ut minerua loquitur apud homerum. Alii matrum. alii item aliorum. Ad qua3 quidẽ rem ipsam rationes aliae atq3 aliae afferuntur. Na3 ut ait parmenides. cum partus dexterã tenet matricis partem patribus est similis. Sinautem sinistram. tum matrum habet similitudinem. Empedocles enim similitudines fieri putat pro ea faeminis faecunditate quae uaehementiorem uim habet dissimilitudines uero cum calor faeminis extenuatus fuerit. At Stoici probant ex uniuerso & corpore & animo ferri faemina ex quibus similitudines formentur etqno ad exteriorem corporis statum & figuram. & quo ad uim & naturã interiorẽ quemadmodum scilicet pictorem aliquem uideamus. q

Guarnerius

a ..._orum similitudine similem reddat ymaginem rei uisæ. placet iis enim mulierem quoque iacere sæmē qd si potentius sit q̄ uiri partu3 matris similē fore. Quod si uiri sæmen maiorem uim habeat habiturum cū p̄ris similitudinem aut aui etiam aliusue alicuius antiquio ris longe. Itaque intueri non nunquam licet in quibus dam uelut i generatas non corporis solum sed etiam ani mi uirtutes superiorem. ac item uicia in aliis parentum ipsorum in aliis eorum maiorum. qui pluribus ante sæ culis obiissent. Quod de animo iquit Thebaldus ī isti usmodi partu Stoici sentiunt cristianus tibi nullus assē tiatur. At ne quero idquidem de corpore uero facile ti bi assentiendum putem. nisi contra fieri in multis uide am. Potest id inquit guarnerius. aut usu aut casu fieri n̄ natura. Nam tum ipsa cōsuetudo nouam quandam na turam inducens & animum non nunquā mutat & cor pus. tum etiam casus quispiam naturam prope omne3 ad se conuertit. Vt enim docet. Empedocles quod non parentum sint aliqui sed aliorum quorumpiā3 similes: causa esse potest ipsa in concipiendo mulieris ymagina tio. Mulieres enim persæpe aut ymaginibus. aut statu is delectatæ sunt easque amauerūt. Itaq3 partus reddi derunt earum persimilis. Nam iidem Stoici mutuas si militudines fieri differunt cogitationis consensu pro in missis fluxibus ac radiis & n̄ secūdū simulacra. S3 ego inquit Corradius mali3 credere meo bernaregio q dicit placuisse doctissimis medicorū. partus nasci parentū

Thebaldus

guarnerius

Corradinus

dissimilis fortuna quadam ex eo usq; tpe quādo sæmē & uiri & mulieris refrixerit q̄uis tamen de muliebris iactu sæminis plærīq; neq; senserint nec sentiat cū sto icis I quod hesterno apud Rēbaldū cōuiuio disputatū

Lancellotus est. Quid tā dē iquit lācelotus decretū ē. In utrāq; par

thebaldus tē iquit Thebaldus. locupletissimorū testiū adductæ sē tētiæ. Itaq; decretū omnino nihil. audio tamen poggi um bambalionem istiusmodi rerum minime ignarum aut imperitum palam asseuerare iacere mulieres etiam plusquam uiros id quod usu aduerterit & in uagia uxo re & in lucia pellice ab quibus multo plus accipere quā eis dare se solitū n asserat esseque mulieribus æque ac uiris testiculos. uel testes potius qui ita intra ianuam in gredientem obseruent ut testes quos uir secum adducit intra uestibulum solent. Quid malum narras arridens

Axeretus inquit Axeretus? Quod neq; uisum nec auditum nec lectum est unquam de mulieris testibus nobiscum ioca ri. At nolit id quisquam ioco dictum existimare idē tu bicen excipiens subdidit qui ante paulo in dilutū; uinū cauillatus est. Nam & uidi & tetigi sæpe numero muli crū testes quod si quis factum aut simulatum putet li cet huic modo uelit periculum facere. Hic autem cū ri

Corradinus su continere se nemo posset. inquit Corradinus. & qui possit quispiam periculum facere? aut qui tu istiusmo di monstra uel uidisti uel tetigisti. Doce quæso. nō ta; nos reliquos quorum ignis iam magna ex parte extinc tus est quam huic Thebaldum qui officinam uulcano locauit suam. Dicam equidem respondit ille ingenue.

Nostis enim me scurram existimari uulgo nō minus q̃ tubicinem quippe qui alter poggius iocis utar accessus cri bus consueui sane uel per nequitiam ut fit uel quoniam insidias latebrarum metuam inicere digitos ī barathrū ubi continuo duo testes occurrunt quasi uelint etiam ipsi ita intra postes interesse contractui ut alii ad fores consuerunt. Et quo res nihil haberet fraudis idem quo que in solem uidere libuit. Itaque nolit quisquam existi mare nugari etiam hac in re poggium s. ea dicit quæ non minus usu quo calidi & prudentes efficiamur quā doctrine subtilitate cognouit. Tum Franchinus. ab iuē tione philosophiæ rebusq; clarissimis in nugas sordes que diuertimus. Quare si placet de istis satis superque Iam redeat in uiam oratio. Nolim turberis inquit Frā chine. Tercius. nam & de inuentione noster habet ser mo & seria iocis condienda sunt. habemus inuentorem ut uides nouæ disciplinæ quæ eiusmodi est ut in philo sophiæ penetralibus consederit. Et habemus ut uideo inuentorem certum. nam reliqua omnia quæ ad hāc sūt mensam disputata incerta admodum ac uaria esse ani maduerto Hic mihi libias commemorat. ille thracas. alii phoenices placent alii druide alii Scythe. Itali cōce dunt nemini. Græcia iactat suos. & indi suos & alii ali os. Aegiptii quantum intelligere possum se cæteris om nibus uolunt antiquiores non huiusmodi inuentione so lum sed etiam ortu hominum: At quid de magis dice mus. Thebaldus inquit. nam hii huiusmodi inuentio nē alteri cuiquam concesserint quos ait aristotteles ante

Franchinus

Tercius

thebaldus

ire ægiptios uetuſtate. Magi enim perſaruꝫ philoſophi duo poſuere principia & bonum & malū numen. Illud oromazam quo nomie iupiter ſignificatur hoc Arimanium quem eundem eſſe quem nos ditem exiſtimant. Ita enim antiquiſſimus ille Zoroaſtres bonorum malorumque auctores nominauit: Quos uoluit alterum eſſe deum quem rerum ſenſibilium luci maxime. alteruꝫ uero demona quem tenebris atqꝫ ignorantiæ ſimilē diceret. Inter utrunqꝫ autē mithram eſſe. Itaqꝫ mithrā qui ſolem ſignificat mediatorem apud perſas appellari. Cuius ſacrificia q̄ affati exhiberi mos erat atqꝫ miſteria tractare nemini licebat niſi per quoſdam ſuppliciorum gradus ita ſe prius exercuiſſet. ut & plane religioſus et nulli dolori obnoxius uideretur. Atqui huiuſmodi quædam perſæ de diis fabulantur uolunt oromazam ex puriſſima natum luce eundemque ſex genuiſſe deos. primum beniuolentiæ. ſecundum ueritatis tercium æquitatis Reliquos item numero eſſe tris. unum ſapientiæ. alterum diuitiarum & honeſto uoluptatis ultimum. At contra ex Arimanio. quem tum ex atra caligine natum tum oromaze hoſtem perhibent ſex item deos emanaſſe & contrariæ naturæ. & ſex illis aduerſos Adduntqꝫ præterea oromazam ubi ter auxiſſet ſeſe. tantum abeſſe a ſole uoluiſſe quantum a terra ſolem Ad hæc cælum aſtris ornaſſe & aſtrum unū cæteris omnibus quaſi cuſtodem ac proſpectorem Sirium præfeciſſe. Reliqua uero quattuor ac uiginti in deos retuliſſe in onūqꝫ ſtatuiſſe. Quod ubi effulſiſſet qui ex arimanio creati

sunt totidē & ipsi numero eos metu percitos mala bo
nis admiscuisse. Fatale etiam tempus fore quō arimāi
us pestilentiæ atque famis auctor necessario per hosce
pereat omnino atque intereat. Terra autē omni i cam
pestrem æqualitatem redacta futuram unam omniū
uitam unamq; rem.p. beatorum hominum qui neque
lingua inter se nec sermone differant. Nam Eudemus
Rhodius quoque futurum ait secundum Magos ut
& reuiuiscant homines sintque immortales Opi
nantur etiam magi ut theopompus est grauissimus
testis. singillatim deogannis tribus milibus alios impe
rare alios imperium pati alios uero tribus milibus eos
dem bello pugnaq; cōtendere. Et ita fore ut alter alte
rius res rescindat deficiatq; tandem Arimanius: homi
nes uero felices beatosque futuros quique nec alimentis
egeant nec umbram faciant. Eū aūt qui hæc deus mo
litus sit: tum quietē acturum foreq; octiosum tempus
haud sane multum. Etenim deū quemadmodū homi
nem modice dormire. Quapropter magi circa deorū
cultum in sacrificando & precando uersabantur pluri
mum. Nam & oromaze instituit zoroastres preciosa
quædam dona & eadem gratiosa sacrificari oportere
& arimanio contra abominalia & tristia. Nam herbā
quandam Omomi appellatam tundentes in mortario
infernum ac tenebras inuocabant. Quam deinde iugu
latæ lupæ lacti admiscentes in locū opacū efferebāt ia
ciebātq;. nāq; plātas quoq; arbitrāt̄ eē alias bōi dei ali

as mali demonis. Et animalia itidem. Canes enim & aues & terrestres erinacios boni dei sed aquaticos mali esse. Quare a quibus ii necati q̃ plurimi essent summis illos perinde atque beatos quosdam laudibus efferebāt Ut autem in re diuina pietatem mirifice amplecti uidebantur ita non minori cura iusticiæ studebant Id quod ex illo xenophōte socratico singulari sapiētia & eloquētiæ uiro in iis libris intueri licet qui de institutione & disciplina cyri inscripti sunt. Præterea delectabantur non mediocriter uaticinandi diuinandiq; peritia Ea demum de iis fuit apud eruditissimos uiros ueterata opinio ut non modo Gymnosophistas sed etiam iudæos illorum posteritati ascripserint. Essentque uel solo nomine ipsi persæ apud omnes gentes uenerabiles. at ego

Corradinus

inquit Corradinus persas laudari sapientiæ nunq̃ audiui sed magos qui magiæ atq; magicæ fraudis auctores ita inter p̄sas claruerunt ut & Gymnosophistæ inter indos & alii apud alios quidam pauci. Verum Corradine secus res habet. Qui enim apud nostros & apud græcos item perses nominantur. is apud indigenas. tum magos dicitur tum magusæus zoroastres enim magus idest perses omnium primus astrorum & disciplinæ magicæ rationem inuenit quem ostanes secutus est Deinde astrampsycus qui & de asinorum curatione & de iudicandis interpretandisque somniis elegantissimos libros scripsit. Vereor equidem Thebalde inquit ille ne illi omnes libri quos ellegantissimos uocas aliud nihil saperēt

quam asinos & somnia. Nam quo pacto tui isti uel persae uel magi etiam si Gobryas omnis paratasque adiunxeris cum ea deis & philosophiae inuentione contendant? qui non de somniis & asinis sed de omni astrorum motu natura ac ratione locuti sunt. Nam tuus ille zoroastres qui medicinam in magiam uertit hoc est corporis morbos in animi uitia huiusmodi quicquam. uel repperit uel scripsit? qui diu post chaldeorum inuenta nugatus est in persis. Falleris tu profecto inquit Thebaldus quod tua pace dictum uelim Nam & antiquissimus fuit zoroastres. Floruit enim Nini regis temporibus ab quo etiam interemptum prodiderunt & summus fuit astronomus ac philosophus: quippe qui nō solum eruditionem magicam quam profitentur quidem multi tenet autem nemo primus inuenit. Sed de natura quoque quattuor contexit libros de gemmis uero lapillisque pretiosis librum unum. Tum de astrorum cōsyderatione & de effectibus libros quinque. Verum quoniam Chaldeum quam magum malle te mihi admodum uideris audire cupio quid memoratu dignum afferre possis de tua ista Chaldaica disciplina. Et si difficilem prouinciam mihi mandas tamen quoniam iam loqui malim quam cænare chaldeorum sapientiam cōpendio percurram. Itaque in hunc modum Corradinus cum omnium attentione orsus est Chaldæi qui ex priscis babiloniis fluxere quantum cæteris omnibus philosophis antiquitate præstant ea res certe argumēto

Thebaldus

Corradinus

est quod ex quo primum sydera obseruare & res mundanas inquirere speculariq; coeperunt ad alexandri regis transitum in asiam anni supputantur quadringenta

Muzanus

septuaginta tria milia. Tum Muzanus. leui cum risu. ne hoc quidē inquit tacebit parmeno? Nā quo principio rem aggredieris. Nundū a mundi creatione habemus annorum septem milia et tu nobis philosophatos facis

Corradinus

chaldæos taʒ multo ante q̄ mundus esset. Quasi īquit Corradinus aliquanto debent ueriora censeri quæ uel ægyptii uel persæ de sua sint antiqtate fabulati. q̄ quæ chaldæi ex quibus tot prophetæ ac taʒ illustres orti sūt Ad hæc an ignoras qua tēpestate Nebrod ille primus gigas. ex quo reliqui gigantes geniti sunt ædificaret turrim quam memorans in gentem illam seu una quæpiā fuerit eminentior siue tota ipsa turrita babylon perisse uniuersam hominum linguam factasque ex una tā multas. nam ante id temporis littere non fuere. primuʒ āt litterarum inuentorem habrahaʒ fuisse concedunt quē multo post imitatus moises sacras litteras hebræis tulit Sunt etiam qui dicant linguam qua hebræi eruditius usi sunt. ab eodem quoque moise inuentam Itaque si neque prior lingua relicta est neque littere fuerāt quid hebrei plus certi q̄ sapientissimi chaldæi proferre pos

Franchinus

sint ipsi iudicate. Tum Franchinus quid ais inquit cor

Corradinus

radine gigantes fuisse credis & quod deus uoluit esse potuisse non credis. Credo equidem utrunq; æque. nā & gigantes fuisse super terra sacri testātur libri & po

tuisse deum qui ex nihilo fecit omnia hoc ex eo quod ā te non erat reuelare moysi aut alii cupiam nō modo & quam linguam adam locutus esset & quecunque in eā dum uel ante chaos quod dicitur fuissent. Verum et ā queque in omnem hominum posteritatem futura esset Sed hæc idcirco locutus sum quoniam non de ueritate contendimus quam soli deo exploratam esse cōtēdit Plato sed opiniones referimus. Reliqua tu quidem recte sed de gigantibus tecum non sentio. Nunquid fortasse negas gigantes fuisse quos non modo poetæ totaque gentilitas sed ipse etiā moises tradidit Et quos naꝫ inquit franchinus fuisse gigantes opinaris. Quædam hominum mōstra ab quibus ita reliqui homies superarētur corporis magnitudine ut a nobis nam. At non ita se res habet Corradine. Et quidnam censes inquit corradinus. Sunt inquit frāchinus tua hoiuꝫ genera diuersis nata parētibus. Nā alii sūt terræ filii alii cæli alii dei gigantes poetæ omnes cōcedunt. terra genitos eē quod etiam ipso nomine significatur Et recte quidem poetæ ac prope sapienter. Quisquis enim & cæli oblitus & dei terrenis est desyderiis ac perturbationibus deditus: nec alii cupiam studio se accommodat nisi ut corporeas uoluptates per omnem leuitatem petulantiamque uenetur. Is terre filius est habendus. Sed quotquot bonis actibus: & sciendi cognitioni student hi cælo parente utuntur. Nam sola mens in nobis cælestis est Mens autem ipsa: & singillatim cælos omnis

Franchinus

Corradinus

& queque in cælis sunt & alias summatim artes omnis per uim intellectus & rationis accutissime inquit ac se se ad res intelligibiles percipiendas hortatur atq; maximo studio exercet Sed dei filii quicunque innocentia & sanctimonia præstiterunt sacerdotes prophetæq; habendi sunt qui non mondi se uoluerunt sed diuinæ ciuitati ascribi ciues. hi eni; sensibilibus omnibus declinatis cōtemptis & pro nihilo habitis mondum illum intelligibilem transcribi uoluerunt ibique habitarunt ubi in conmutabili sempiternæque rei publicæ idearum corporū immortalium ciues ascripti sunt. Et ut re; faciamus exēplo illustriorem. habraham q̃ diu apud chaldæos se continuit & eorum opinionem sectatus est cum nondum habraham. sed habram uocaretur quippe qui effectus & causas rerum. reliquaque huiusmodi contemplans conspicuam æthercamque naturam indagaretur ñ dei erat sed cæli filius. Quare eo est nomine appellatus qđ eius studiis maxime congrueret. nam cu; animus hominis in duas partes a philosophis distribui soleat quaru; altera habet altera non habet suapte natura eam mentis uim ac uirtutem quæ & in superioribus æternisque intellectus & i hisce inferioribus atque mutabilibus ratio nominatur nulla nos debet capere dubitatio tantum cōtemplationem antecellere actioni: quantum æternitatē tēpori. uel ut aptius loquar quātū imortalitatē mortalitati Trāsiuerat sāe habrahā p oēs uirtutū gradus & q̄ moris sit. quē eē qualitatē eius aī ptis q̄ rōe caret ad eudomū scribēs docet Aristoteles. & q̄ actōis speculatōis

autem uirtutes cum apprime āplecteret in reliquis diu ac multum exercitatus quod erat sapientiæ maximum nondū perspexerat. Nā in rebus illis superioribus summa ueritas deus est qui nulli mutabilitati nulli actioni nulli motui subiacet. Estq3 & idē semp & eternus & īmortalis. Quare quod erat sapientiæ maximū obiectū sine cuius ueritate ueri omnino nihil esse potest non uidens debilē quandā & obscurā ueritate3 rimatus est in his scilicet quae scientiæ potius quam quæ sapiētie sūt uersatus quasi quod ēt Anaxagorā Clazomeniū cupia3 ineptius querenti respondis se ferunt idcirco se natum mallet q̃ non natū quo & cælum & tocius mōdi ordinē specularetur Consyderabat sane mundū & quæ in mondo sunt Sed in quo sit mūdus aut quis eū moderetur ac regat nō æque uel īquirebat uel animo uolutabat Quare cum ea scire magis studeret quæ necessario stabilitatē seruant q̃ sapere quis huius stabilitatis esset auctor recte nominatus est abraam hoc est pater conspicuus. Quod ipsum nomen menti conuenire quis ambigat? Mens enim conspicua & cælestia oia considerat atq3 speculatur mētis autem intellectus qui ad æthere3 usq3 ac etiam ulterius ad terciū illud usq3 pauli cælum tollitur conferendi est & connectendi pater Cum autē accepto bonitatis incremento mutato nomine habraa3 dictus est factus est dei filius secundum illud oraculum quod ex ore dei acceperat. Ego sum deus tuus ambula coram me & esto perfectus. Quod si deus uniuersi

..undi tnm solus est deus:tu3 ipsius habrahe precipua quadam gratia priuatim deus:cui minus necessarium ideri debet habraam etiã dei esse. uocatur eni3 habraham aut pater electus aut mens. Est enim mens ratiocinatio boni uiri: nam mentis intellectus & electus est et purus & pater uocis. qua utimur consonantia huiusmodi uero habraham perseuerande cõstantia designatus est homo dei. cuius sectator effectus tocius uitæ direxit calle3. usus is quidem regio intellectus itinere qui & nõ absurde rex est & rerum omnium dominus. Et in neutram partem neque declinauit neque decessit. Sed terræ filii ubi mentem a ratiocinatione abdixissent exportassent transtulissentq3 curiosius ad torpente3 atq3 immobilem carnis naturam: facti sunt enim duo in carne una ut ait moyses numinum optimum uitiarunt & meliore familiari. ac suo relicto ordine ad deteriore3 hostilemque transfugerunt. Cui quidem infaustæ infortunatæq3 rei. Nebrod initium dedit. nam ut idem tradit. hic coepit esse gigas super terra. Nebrod enim sua nominis interpraetatione transfugium significat. non eni3 satis fuit pestifero illi detestabilique tyranno qd ut erat afflicto atque immani animo cum neutris sentiret: sed concedens ad inimicos arma in amicos tulit & aperto marte aduersatus eos bello pressit. Itaque principium quoque tyrannidis & rerum earum quas nebrod gesserat subscribitur babylon quæ transmigratio est ide3 ipsa quodammodo significans quod transfugiu3 si nomẽ

ad nomen referas atque opus operi compares. Naȝ eu
iusque transfugę initium est quædam mentis atque sen
tentię mutabilitas. & ut ita dixerim transpositio. Quo
fit ut aptissime dici queat quemadmoduȝ uir malus se
cundum sapientissimum sanctissimumque moysen
nullam habet certam neque domum nec urbem. nec se
dem sed plane est exul ac profugus ita ēt trāsfuga. nā ui
ro bono nullus ē neqȝ firmior socius nec diuturnior nec
melior. q̄ ubi grauiter Frāchinus esset modestissimeqȝ Lancel.
loquutus inquit lancelotus profecto duo quædam non
inuitus quærerem si quod de chaldeis elloqui Corradi
nus coeperat absoluisset sed nolim eius orationi impe Corradinus
dimento esse. Imo inquit corradinus loquere arbitratu
tuo dum huic pauoni tam pingui tam lauto insusurro
quem caueas moneo. Est eni inimicus stomacho. poda
græ autem amicissimus habetqȝ multo plus pituites q̄
bilis. Cui dicto cum arrisisset lancelotus. Scire inquit Lacelotus
primum uelim quid corradinus Moysen. Frānchinus
autem moysen eundem sæpe nominat deinde quæ cau
sa sit nanorum istiusmodiqȝ monstrorum quando qui
dem gigantes quales dicuntur uulgoqȝ existimantur nū Corradinus
quam fiere. Tū Corradinus pro me tibi Iuuenalis re
spondeat uersus enim uiciari nequit. Quidam sortiti
metuentem sabbata patrem. Nil præter nubes & cæli
numen adorant. Nec distare putant humana carne suil
lam. Qua pater abstinuit mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges Iudaicum edi
scunt & seruāt ac metuūt ius tradidit archano qđcūqȝ

uolumine moses. Quod Franchinus cum audisset. ma lim inqt uasis electionis: quae aliud nihil esse arbitror q̃ corda electorum in sancta ecclesia ea enim uel secundum Augustinum sunt uasa regalia quam uel iuuenali uel alii cuipiam ex omni gentilitate aut poetae aut phylosopho credere Omnes enim quotquot apud nos sunt qui se christianos quam alienos maluerunt non Mosen dyssillabum sed moysen trissillabum protulere. Tum Axeretus. Equidem dicam quod sentio uel potius qđ saepissime cum alexandriae degerem audiui non ab iis solum qui publici bauili aquam uenditant: sed uulgo ab omnibus mos enim ab omnibus aqua nominabať. Inde autem mosen dictum arbitror quoniam ut nostis ex aqua sublatus sit quo etiã nomine appellatur ab aegiptiis omnibus: Sed hac de re satis si uidetur. Nã quod lancelotus non ĩtempestiue quaesierat de Nanis & hominum monstris id sentio scituntilius: quamquã ego quam libentissime audierim quod Franchinus cum de mente loqueretur non ab re meminit tercium pauli caelum quid id tandem qđ de se rapto asseruit paulus ostẽdere uoluerit uel forsitan ocultare potius? Nam & scire se dicit hominem in cristo qui ante annos quatuordecim id quod siue in corpore siue extra corpus factum fuerit & se uestire intulit & deum scire qui inquam huiusmodi homo raptus sit ad tercium usq; caelum. Subditq; rursus eundem huiusmodi hominem raptum ad paradisum. Sed de illius primum si Corradino placet differendũ arbitror postea uero de hisce quae sũt fidei

Tũ corradius:ñ ero molestus. Letor ei ꝓlixitate sermõis ꝑ cænæ ꝓlixitate ad pauonis usq; caucã. Tũ loquẽte ne mie s; partiꝫ cænãtibus partiꝫ ad audiendum se attẽtos significantibus inquit Thebaldus de hominu; sane mõ stris loquar ipse audita. nam cum aliquando negotii pri uati gratia florentina adolescentior concessissem natus infans dicebatur uno corpore sed duobus capitibus. qua re cũ res in religionẽ traheretur leonardus arretinus. uir mea sententia nõ minus eruditus q̃ eloquẽs disputabat id natura fieri nõ miraculo. Dicebat enim Empedoclis agrigentini sententiam esse partus fieri monstruosos. aut quia plus fuerit aut quia minus sæminis q̃ oportue rat aut ab ipso motionis principio aut ab ea quæ in par tes plures diuisio sæminis facta sit aut ab ipsa declinati one Referebat item. Stiaconis illius physici. qui & the ophrastum audierat & ptolomeum philadelfum docue rat opinione; . qua probare uideretur eiusmodi mõstra accidere solere uel quia sæmini item additum semen es set uel quia facta diminutio uel quoniam ex uno in alte rum locum eiusmodi sæmen mutatum esset. uel ob in ductum spiritum : huic respondebat laurentius pratẽsis & medicus & philosophus in primis illustris. qui tam etsi eas singillatim sententias minime improbaret uel laudaret potius . aiebat tamen alia quædam sentire me dicos qui id accidere diceret ob uersam. tum matricem spiritu interceptã. At ego ĩquit Corradinus credere ma lim antonio bernaregio qui non solũ & medicina ẽ & philosophia clarus. s; astronomus etiã prope singularis

thebaldus

Corradinus

Nam cum superioribus diebus apud me cænaret incidisset'q; sermo quid esset causæ cur partus alii patris alii matris alii non parentum sed aliorum quorunpiam similes essent nascerenturque monstruosi nonnulli aut nani ac pene pygmei aut longiores & uasti aut alii item aliter. posteaq̄ de similitudine attulit & dissimilitudiue rationes easdem fere quæ modo narratæ sunt ita de mōstris locutus est. materiam ipsam monstrorum esse causam q̄ plurimi & medici & philosophi consentiunt. Nam & quantitas requiritur in materia & qualitas. at animantibus menstruum est materia quæ si aut excesserit aut defecerit quantitate aut etiam habuerit qualitatē quæ aliena sit a natura mōstra producat necesse est. hīc uidemus nanos fieri hinc homines uastrores. hinc pluribus aut pautioribus membris natos: hinc etiam mixtas formas ac figuras & homine & bestia. Sed magna uis ac prima mihi credite in syderibus sita est quorum influxus non in corpora solum sed in animos etiā nostros uim & imperium habent. Et enim quosdam esse gradus placet Alchabitio in quibus si luna sit dum aliquis concipitur seu ii gradus fuerint uel in eius ascendente uel in figuræ celi principalibus locis partus expers uitii nunquam sit. Istiusmodi autem gradus esse dicebat in thauro quidem sextum octauum nonū decimū In cancro autem septimum nonū. In leone uero decimumnonum uigesimum secundum uigesimum octauum Sed in scorpione nonum ac uigesimum octauu; . At in sagittario & septimū & octauū & uigesimū & trigesimū.

In capricornio quoq; terciū: sextū uigesimū secūdū. S; ī aquario. & decimū octauū & decimū nonū. Itaq; cō cludebat fatali quadā stellarū fieri ratione. Idq; uel ma xime ut & tales essemus & tanti Cūq; duo essent obie cta alterum de geminis qui eadem constellatione & cō cepti & nati disparibus sint tamen omnino moribus. ingēio tociusq; uitæ cursu atque euentu id qđ de Esau probatur & iacob cuius ipsius sequentis manus pedem antecedentis Esau sic teneret. ut duo nascētes unus quo dammodo infans uiderentur. alterum de Ethrusco īfan te illo qui proximus annis natus reliqua quidem habe ret hois sed & caput & ceruicem & brachia ac ite; uo cem non hois sed muli: De infante īquit thebaldus. qđ ille responderit nescio. Sed quid ego fuissem respōsu rus. tempestiue occurrit. Quid nam inquit Corradinus Certe inquit thebaldus quod periandro thales. qui ubi in illius armento uidisset bestiolam ex equa natam cu ius & caput & ceruix & reliqua ad manus usque pueri essent ac uagitus quoque cæteræ uero corporis partes equū repsentarēt. Ego te surridēs īquit periander mo neo. ut aut equarū pastoribus uti nolis aut illis utare uxo ratis. Satis est inquit Corradius dictū puta Istucusque ne frāchinū offēdas. et si muli nō gignūt ob eas ratiōes quas hesterno uestro cōuiuio platas audio mutaret for te cū natura naturā Poggianus mulus. uerū bernaregi us petiuit ex astris rōe; cū ī signis quoq; et astris ius q̄ dā gignendi mōstri inesse potuit id qđ uel per sagitta rium ostendebat qui cum bifformis sit non esse mirandum dicebat: si & gæminos animos distor

Thebaldus
Corradinus
Thebaldus

k ij

mes & eiusmodi infantē corpore preduxisset quamuis etiam ipse cū de infante loqueretur nescio quid subdubitare & ad postremum ueluti clanculum surridere ui sus fuerit. Sed quam inquit Muzanus rationem afferri

muzanus

posse censemus de nanis quorum plures reliquis partibus corporis quantitate comuni ac plane iusta femoribus sunt & cruribus breuiores aliqui uero secus. Nam ac lumbus ad pedes cōis hominis longitudinem habēt partes uero superiores q̃ breuissimas. Tū cogitantibus

Thebaldus

cæteris · Equidem iquit Thebaldus. Quid astronomis placeat ignoro: ipsi uiderint qui omnia subici syderibus putant an etiam istiusmodi nanorum differentiæ constellationibus dande sint. Ego enim aliud causæ eē puto quod fortassis efferrē si apud æquales mihi & non

axeretus

in senatu habēdus sermo foret. tum Axeretus at dicens mediusfidius audacter quod sēseris. si quidē uoles. Sin id minus dicturus tamen es uel inuitus: Nulla questiōe

Thebaldus

est opus thebaldus respondit nullo tortore dicam enim axerete. quod iusseris q̃q̃ uereor ineptitudinis crimen.

axeretus

Nunq̃ inquit Axeretus īeptus iudiceris si ea dicas quæ auditoribus placent presertimque in conuiuioribus res pucrascere non nunquam dat. Caue modo quo ad possis ne quid obscoenum habeat oratio. Quod si minus poteris liber esto in loquendo non minus q̃ liber quādo quidē nulla mulier adest ad mensam Et torelli filius paululum seccedet si iusseris. Imo inquit Thebaldus ut libet intersit nam decoruȝ seruabit oratio. Nolim tamē

thebaldus

interea loci liberū hoc ē dionisium idcirco sic nomiatū

existimemus quia libertatem loquendi praestet. nam in terdum eã quoq3 intercepit sed alia quadã ratione. Et qua tandem inquit Axeretus. Num ea fortasse qua usũ accepimus heraclidem ponticũ? Quam ille attulit. narra si libet modo ne sis nescius me liberum dicere eundẽ illum quẽ graeci uocãt λυσιον a uerbo λυειν quod est soluere. Quasi mihi sermo graecus inquit Axeretus minus q̃ tibi sit cognitus. hunc item istũ lysiu3 graeci quẽ dicunt latine liberũ cognominari uolo siquidem soluere liberare quoq3 significat? Bene est igitur de nomine inter nos cõuenit. Sed quae fuit heraclidis sententia? at is quidẽ ĩquit axeretus Boetios atracibus captos ubi fugissent ad Throphonium essentque per somnu3 ab eo cõmonefacti habituros se dionysum auxilio. Mox fecisse illos impetum in thraecas qui ebrietati studerent. ob quam ipsam pugnam bellum inter eos solutum esse ob idq3 templũ cõstitutũ a boetiis dionysi lysii & si tamẽ placet aristophani ita esse appellatum q̃m thebani uitẽ a naxiis liberarint. At ego inquit Thebaldus libentius senserim cum francisco barbaro homie ueneto ac patricio eodemque quod omnes norunt uiro & sapientissio & in primis elloquentissimo qui dicit uideri plutarcho cheronensi. ac item sibi dionysum cognominari lysiu3 ex sapientia. Itaq3 neminem mirari oportet si idem sibi cognomentum apud indos quoque uel meruerit uel seruarit quando quidem praeceptis ac rationibus sapientiae & laborantem aegrotumque exercitum p pestilentiae

axeretus

axeretus

axeretus

thebaldus

morbo soluerat & salutaria permulta atq; pulcherria inuenta pepererat quibus humanū genus maximis i cō modis liberauit. At ego inquit Axeretus nō possum nō probare leonardi iustiniani sententiam qui & ipse uir patricius ē ac uenetus & quod uestrum preterit nemie; singulari doctrina & elloquentia prædi tus. Ait ei; pp terea illum appellari liberum quoniam uinum cuius re pertor fuerit homines curis liberet. quā ipsam rē Iuuēa lis mihi sensisse uisus ē cum in.c.marium quē.l.Scylla uicerat cauillatus ait Exul ab octaua marius bibit & fru itur dis iratis. Tum corradinus ista si uidetur ē baccha nalibus hactenus redi ad rem Thebalde Etquid ē na nis aut didiceris aut inueneris tan de; expone. modo me mineris inueniri etiam aliud quoddam tercium nanorū genus. eorum qui utrinque & qd supra clunes est & quod infra quā breuissimi sint. Recte mones iquit the baldus quamuis & duobus illis tercium quoque istud cognosci queat. Age inquit igitur Corradinus. Af fer nobis Nanorum causas. Nanorum breuitatem sæminis fieri paucitate philosophi ipsi concedunt. At ego paucitatē illam si casu fit non natura diminutionē uoco quæ si fiat ad ipsius iactus principiū non aute; ad exitum habes hominē supra clunes pusillum. sed infra longiorem. Sin autem in exitu solum diminutio facta sit breuitatem inferiores corporis partes sed superiores suam longitudinem seruabunt. Quod si uterq; æque et exitus & principium diminutionem patiatur pygmeu;

Axeretus

Corradinus

Thebaldus

Thorellus

Corradinus

ſis aliquem habiturus. Tum muzanus cuiuſmodi Thebalde diminutionem ſæminis uocas. Non enim quod uelis aſſequor cogitatu. Itidē ſane loquor ut ſi ex aliquo aut dolio aut cado uinū hauriatꝰ i cirneā fiatq3 iepta quadam haurientis feſtinatione ut quoniam aut lentius ad cadū admota aut properantius acado amota cirnea fuerit aut quia in utroq3 erratu3 uinum quod ab cirnea oportuerat a ſterili humo excipiatꝰ. Ad quod quide3 dictū cū riſu eſſet Certe inqt muzanus conuerſus ad aloiſium ſenibus nobis ad ſcholā eſt redeundum quandoquidem eſſe permulta uideo quæ adhuc ignoremus. Tum aloyſius artem diſcere forſitam liceat. Sed periculu3 facere hoc eſt ex arte agere ſiquidem dolū uino uacet nō æque liceat. Verū que thebaldus de diminutione locutus eſt iis accidere puto ut ab ſimilitudine non diſcedā qui uel uini ſunt auidiores uel delectantur furto. Nā in utroq3 feſtinatꝰ ſed quid dicemus ut de naturali paucitate ſæminis omittā cuius eandem eſſe oportet quā diminutionis utrinque fit rationem quid inquā dicemus cū nulla diminutio fit & tamen alii longiuſculi atq3 gracilles alii breuiores naſcuntur & latiores neutri tamē a cōmuni & uſitata hominum menſura diſcedunt. Philoſophi inquit Guarnerius qui oculta omnia ſumo ſtudio indagantur demonſtrant foetus quantitatem reſpondere tum fæcundi ſeminis tum matricis etiam quantitati ſi n. eiuſmodi ſæmen i eā matricē acceptū ē & ipſa fæcūditati accōmodata ſit porrigatꝰ fluatq3 lōgius fætus

Muzanus
Thebaldus
Muzanus
Aloy
Guarnerius

K 4

etiã ipse & longius sit & gracilis necesse est. Saecus autem erit si in latitudinẽ diffluxerit aut se quasi in rotã contraxerit. pōt tamen uterque foetus pro foeminis ui: & gracilior esse & habitior. Probabilia sunt inqt frãchinus que audio Verũ haec illi dũtaxat perspicua esse puto qui caelum habitat ubi ocultũ esse nihil potest qđ ais inquit muzanus. Si caelũ dictũ est quia celet atque abscondat qui dicis illic occultum esse nihil. Primum haud omnes id tibi assentiantur. inquit franchinus qđ caelũ acellando hoc est tegendo occultandoq; dicatur. Inuenias enim apud optimos grãmaticos caelũ duxisse nomen a caelio. Id autẽ ferramenti genus appellant uulgo tum caelionem Tũ scalpellũ. Inde. n. caelum ueteres nominarunt quod quemadmodũ argentarii uas aliqđ caelant. i. designando incidunt atq; insculpunt ita summus ille rerũ omniũ artifex suũ insignire uoluerit domicilũ impressis luminibus sydernm. Quod aũt a caelio dicatur caelũ ea ratione pbãt quod utrũq; p diptungũ scribi soleat. Nam si aliunde descendat non possit diptongum caelum admittere. Nã quod aliqui graecas litteras profitentes illarũ aeque atq; suarũ rudes caelũ accepti uelint a graeco nomine quod ex κοῖλον quasi cõnexũ sit aut concauũ nõ aduertũt si ita sit per oe caelũ scribendum esse quod neque fictũ neq; pictũ usq; in omnẽ uetustatem inuenias. Sed hos ego magis tollerãdos existimarem si quod. M. Terentio placuisse accepimus a cauo caelũ & nõ a graeco nomine repetissent. Atqui longe malim cum his sentire qui hoc nomen ductum

Franchinus

Franchinus

uelint ab celãdo ñ qm̃ superna illa atq3 inuisibilia quod indocti putant celetur abscondatq3 nobis sed qđ celata & abdicta omnia in celo pateant reuelentur uideantur q3 perspicue. Quam ipsã graeci sententiã ut mea fert opinio secuti caelum appellant ουρανον a uidẽdo qđ est το οραν. Ac ne obstet quidẽ quod caelũ dipthõge tur uerbũ aũt unde manat dipthongo careat quandoq3 quidẽ quod priscianus ostendit .n. quae apud graecos ẽ e longa in plaerisq3 apud nos in ae dipthongu3 uersam inuenimus ut scaena caera aliaq3 permulta cur .n. magis liceat in alienis id facere quã in nostris praesertim cum syllabe quantitas non mutetur. Sẽtio equidem tecum inquit Axeretus quod eo facilius adducor ut faciã quo de tercio paulo caelo quod iam exciderat ac itẽ de para diso quae aut tu aut alii sentiunt in medium tande3 pro deant Nam de his paulo ante quaesitum fuit. Tum ille tempestiue quidẽ axerete & utiliter meministi. Res .n. queritur non uulgaris sed quae omnibus debeat auditu esse pergrata atque periocunda & quo q̃sque quod ha bet liberaliter etiam ipse in medium conferat quid ego uel de triplici ordine caelorum uel de paradiso tenendũ putẽ aperiã paucis. Sed de caelis primum hos sane pau lus propriis ac suis significationibus ante declarat cũ ait uenturum se ad uisiones ac reuelationes quibus ipsis du obus nominibus complecti mihi uidetur & quos graeci ουρανοισ: & quos nostri significare idem uolentes caelos uocant. Bis autem raptum esse paulum: & epi stola ipsa ad corrinthios ostendit & confirmat ãbrosius

Axeretus

k 5

tum ad tercium cælum tū ad paradisum. Nā & supna illia omnia gradibus suis contemplatus est: & q ē eius modi cōtēplationis effectus summa illa est uoluptate p fusus. Eos aūt tris cælos existimo distinguēdos pro tri bus hierarchiis quas theologi nominant ut inferior hie rarchia angelorum archangelorū uirtutūque sit. proxia uero principatū potestatuū dominationuꝫ. At superior hierarchia sit thronorū sit cherubin sit seraphin. Nec .n. cuiq̃ dubiū esse oportet qui supremam hierarchiaꝫ tenent eos ueluti per maiorem quendam fulgentissimi splendoris lucem uidere deum ac deinde lumen in illos transfundere quibus media hierarchia concessa ē hos uero deinceps lumen eadem serie in tercios demittere hierarchas. Itaqꝫ raptum puto paulum apostolum ad tercium usque cælum quo ita deuꝫ diuinamue essentiā ī sua illa triūphali splēdidissimaqꝫ gloria pspicue uid ret ac cæteris deum sequentibus diuinæ sapientie lum̄ traderet ut tronis ipsis ut cherubin & seraphin diuino munere est permissum. Nam paradisum nostrorum laborum omnium quibus diuina & instituta & præce pta secuti sumus fructum maximum esse duco. Id au tem aliud nihil est quam summum quoddaꝫ & sempi

aloisius ternum gaudium. Tum excipiens Aloysius Et si fran chius iqt sapiēter oia ac uō ut opior itꝫptatus ē. tū ñ ab surde fortassis eiusmodi raptus itelligat̄ secūdū triplicē rerū uisarū distictōeꝫ. ut pmū celū ppiqus nobis uocet̄ corporū celestiū cognitō. secūdū uō celestiū spirituū co gnitio. terciū autē supercelestium personarum ī trinita

te cognitio. Ad terciū igitur, usq; cælū. paulus raptus ē quod aliud significare nihil puto quā ad ipsius usq; di uinæ essentiæ uisionē. Nam quod ad paradisum rur sus sit raptus id existimo pro ea interpraetandum ani mi trāquillitate atque securitate quā græci ευθυμιαν nomināt. Perpulchre certe īquit Corradinus & trāchi nus mihi & aloysius dicere uisus est. uerū si oēs hii ce li quos apostolus non temere tris numero est complexus ad tocius trinitatis cognitionem uisionemque referātur non inepte factum iudicarim. Illic enim uidere liceat et spiritum sanctum & filium & patrem. Ad quid para disum. corradine. muzanus inquit interpraetaris. prefer tim cum is multipliciter dici soleat. Na; & in creata be atitudo creataq; nominatur & ecclesia uel militans uel etiam triumphans. paradisus dicitur. Ad hæc tum gra tia diuina tum conscientie puritas paradisi appellatiōe continetur. num igitur horu; quicq̄ ad eiusmodi raptū accomodes? nequaquam. nam paradisum uoluptatis lo cum esse uolo. Scriptum est enim. Plantauerat domīus deus paradisum uoluptatis. Etque ad paradisū & quæ ad celos adducis nō possum non probare. Muzanus sub didit. quis non in concinna ea mihi uideatur īterpreta tio si illmo li tris celos ad tris illas uirtutes rettuleri mus q̄ i ore semp theologis uersari cōsueuerūt fidē spē caritatē. q̄ ātea subtiliter sūt iqt guarnerius & elegāter exposita eiusmdi eē statuo. ut n̄ ueri solū similia. s; ppe modū uera cēseā singillati; oīa qd tn̄ ueiat mihi ī mē em perstringam breuibus. Omnium primum illud

Corradinus

Muzanus

guarnerius

probatur mihi ita paulum raptum esse ut animo ab cor
pore minime seperato eius supra se spiritus tolleret tri
plicem enim in animo esse uim prisci philosophi uolu
ere uegetatiuam quae corpori uitā & incremētū affert
Sensitiuam. quae corpus mouet atq; sensum afficit. mē
talem qua & ratiocinatur animus & intelligit. In eius
modi autē raptu animus pauli quo ad alendi augendiq;
uim corpus uiuificat. sed a sensu motuq; mēbrorū om
nino erat abstractus. Mens uero ipsa eo usq; erat eleua
ta quo attolli sua poterat possibilitas. Atqui humanae
mentis possibilitatem triplicem esse arbitror. Intellige
re eīm pōt. tum ea quae sunt infra se posita ut corporea
quaeq; per formas suas. tum sese suiq; similia ut ange
los. & etiam illa quae supra se sunt. ut diuinā essentiā
diuinasq; personas. Et ultimae quidem huiusce cogniti
onis triplex ē gradus. naz res diuinas cognoscit animus
tum naturae cognitione idquod & pythagoram & pla
tonē & alios plerosq; e gentilitate philosophos assecu
tos aduertimus. tum fidei ut philosophi cristiani q̄ diu
uiuunt. tum multo etiam clarius & perfectius gloriae
ut sapientes et sancti uiri in illa caelesti patria diuinam
essentiā & cognoscunt & uidēt. ad hūc igitur usq; gra
dū animus pauli sublatus ē. Sic eīz q̄d de tercio caelo di
Axeretus cit̄ eē īterpraetor. Quāq̄ inquit axeretus dubii mihi ni
hil relictū ē quominus uidear q̄ et ad pauli caelos et ad
paradisū attinent ītelligeṫ ita sunt oīa diligēter et explica
ta et confirmata. quid tamē ex eodē leonardo iustiniāo
q̄ his de rebus aliquādo cū hoc ipso frācisco barbaro cō

mentaretur ueneciis cũ esse; audierim: compendio refe ram modo tercio huic grauis non sim. Michine grauis excipit Tercius: Imo sane iucundissimus. Quid enim rebus istiusmodi esse mihi possit auditu suauius Itaq; loquere tuo arbitratu. Nã sermo tuus non modo me ñ offendit sed ẽt mirum in modũ delectat. Veru; istud fortasse tibi in mentẽ uenit: quoniam modo submissa uoce dixissẽ ad Torellu; nunc axeretus terciũ triũphat quasi non minorẽ quodammodo uoluptatẽ huius elegã tis magnificiq; conuiuii uarius sermo & eruditus tibi afferat q̃ duo illi pulcherrimi maximiq; triũphi quos annis superioribus immortali tua cũ gloria reportasti. Delectat me certe nicolae urbana hæc & pergrauis cõ mentatio ut dicis. Idemq; tibi ẽt accidisse non dubito Noui enim animi tui & magnitudinem & uirtutẽ qui nihil infimum nihil humile nihil uulgare libẽter admit tas. Rebus aũt memoratu dignis plurimum delecteris. Itaque si me triũphare dixeris hoc est sũmo gaudio ex ultare qui tã graui tam inusitato tam docto & perpoli to sermoni intersum minime tua te opinio falsum hẽat Idemq; tibi accidere arbitror. Tum tercius: haud falso arbitraris. Verũ ne quod coeperas interpollatione mea impediat perge si libet ut quod orsus eras absoluas mo do illud ẽt scias uideri mihi istiusmodi tris cælos esse i telligendũ secũdũ triplicem locorum distinctionem: ut ii scilicet corporei sunt & triplices. Est enim primum aereũ: de quo dicitur. Et in ipso uolucres cæli. Secũdu; syderem quod ẽ syderũ firmamẽtum moses abdeo uo

Tercius

Tercius

catum tradit. Tercium autē eo esse appellatum empy reum putant. nō quia calidū aut igneū sed quia splendi dissimū sit. In hoc eīm beatorum sedes ē posita itaq; spirituale etiam dici solet qm̄ spirituu; locus sit & is q̄ dē corporeus unde idē Moses. In principio creauit de us cælu; ad quod ideo se paulū raptū dicit quia deum ui derit per essentiā ut illic manifestissime uidetur. uerū expediā quod coeperas. Cumq; dicturus Axeretus iam esset quæ uenetiis audisse ex leonardo iustiniano iā di

Thebaldus xerat inquit thebaldus. Narrabis tu quidem Axerete Iustiniani sententiam et de tercio celo et d̄ paradiso. nā ego qui per idem quoq; tēpus et uenetias adolescētior diuertissem et isti eruditissimorum hominū disputatio ni interfuissem quid barbaro itē uideretur deinceps bre uissime expōam. Verū priusquā rē agrediare ne quid aut īcerti aut ambigui habeat sermo noster quo ad eius scilicet fieri possit doce si uidet̄ aut tu aut quispiā alius unde triumphus sit dictus Id enim ex commemoratiōe istius uerbi mihi propterea uenit in mētē quonia; plæ rosq; aduerterim qui in triumpho scribendo. t. primæ litteræ aspirationē nō addāt. Pauci uero quidam ornati græcis litteris th aspirent utrum obseruādum existime

Axeretus mus. Ego inquit Axeretus sentio cū trāquillo qui triū phū nominatū putat a tripartito honorātium iudicio et exercitus et senatus et populi. Quod si ita sit ea prima littera nequaquam aspirationem sua natura patitur tria enim tam apud græcos quam apud latinos si as piratione careat ternarium significat numerum: at

φωνῇ uocē q̄d uocibus suffragia redderent triūphatu ris At ego inq̄t guarnerius mali pricianū seq cui triū phum de cendit se placet ab greco noīe Id enim est θριαμβοσ. hoc aūt dictū alii putant a poetico furore que θρασιν uocant & iambo. Iambicis enī uersibus primū usi sunt in liberū cū eius de india triūphātis cur rus a tigribus traheretur Alii deducunt nomen ab ficul neis frondibus que uocātur τρια: & iābo quē dicebamus. Etenim ficus dedicata est libero cuius foliis ante personarū usū qui cauilari in triumphantē uellēt facies uelabant quo liberius liceret cauillis per iambos uti hu iusmodi enim tetrametris utebant̄. Et id q̄dē haud ab surde. Nā queādmodū Iambus ex breui constat atque longa syllaba ita cauillatio & eiusmodi contumelia hu mili orta tenuiq; principio mox tollitur atque augessit unde ιαμβίζειν cauillari conuitiariq; appellant. Ad hec triambus nomen est liberi dictus quasi tiriambus quoniam super τήρια quæ feræ dicuntur idest leones βεβήκευ hoc est ascendit. Quid multis undecimque thriambū dixerimus primā sillabā aspiremus necesse est nisi forsitam dixerimus aspirationis mutationē factā a prima in ultimam sillabam ut & s crassa littera in te nuem suam T & B que dicitur media in ph mutata sit cum nequaquam dubitari queat sonantius eam dictio nem enuntiari si utrūque aspiretur. Itaque dilucide co gnosci pōt plus usū in hoc nomine ualuisse quā ratio nem. Profecto inquit. Thorellus conuersus ad Ter cium Guarnerius hic Tertius: nihil esse puto quod

Guarnerius

ignoret. Vides enim quammulta q̄q̄ que egregia explicauit quæ nobis erant incognita. Sed unum fuerat quod non inuitus audissem cum de ignis inuentiōe modo locutus est quā in uulcanum retulit. Hic tercius coniectis oculis in guarnerium Recte inquit Guarneri Torellus monuit. Itaque loquere nisi molestum est quonāmodo inuenti huius tam nobilis tamquaꝫ necessarii uulcanus auctor fuit. Non. n. oportuit id omisisse te qui & odorari omnia & indagare studiosissime soleas. Fecissem equidem inquit ille quod uos cupere sentio non inuitus Sed quoniam memineram sermonis prolixitatem i huiusmodi conuiuiis uitio dari solitam eo inuentionis modum prætereundum censui præsertim cum me semel & iterum de illiusmodi inuento uerbum iniiciēte neminem animaduerterim qui eius sciendæ rei desyderio caperetur. Inuenit inquam uulcanus ignem idqꝫ hoc pacto. Cum enim perfrigidiūs anni tempus arbos in egypti montibus fulmine icta esset ob idqꝫ & ea. Et silua ꝓxima circūquaque ardesceret uulcanus rei nouitateꝫ admirans propriusqꝫ accedēs calore delectatus est maiorē in modum cunque ignis paulatim ut fit deficeret materiam id deinceps usqꝫ ingessit. Itaqꝫ per hūc modum seruato igni alios homines ad eiusce utilis inuenti cōmunionem inuitauit. Qua ipsa re factum est etiam ut imperium ac regnum egyptioruꝫ ultro delatū adeptus pro deo tandeꝫ coleretur q̄q̄ sunt aliqui e quorū numero est plinius secundus libro quarto suæ naturalis historiæ asserentes ignem primū repertū esse in pirpila

que insula est una cycladum. Tum Corradinus refert a obsecro Guarneri si uidetur ignē istum ad hyemem & quod dici de pauli cælis paradisoq3 coeperat iam absol uatur deinceps quo ipse quoq3 de chaldæis quæ sui3 ag gressus aliquando exponā. ne tam longa itercapedo ea rum mihi rerum memoriam intercipiat. Imo ut scias ĩ qnit Axeretus aliud guarnerius querit nihil putat enim fore modo te capiat obliuio ut sui uel indi uel ægyptii principatum occupent. Quod ne accidat ipse prouide ris. At nescis inquit Guarnerius Axerete mihi adhuc triarios superesse integros & subsidiarios milites quos cum ad postremum in aciem eduxero intelligēt om nes non de tropheo mihi sed de triumpho habitam eē rati onem. Verum id postea tu interea loci quod corradius hortatur quandoquidē liberaliter recepisti pro tua fide constantiaq3 præstabis. Tum Axeretus leonardus inq̄ iustinianus eos tris cælos interpretandos putabat secun dum triplicem uisionem sensus imaginationis intelligē tiæ ut ascendentes eodem ordine ab inferioribus ad su periora primum cælum intelligamus rerum iudicium modo quodam sensibili quo ita eas comprehendimus ut aut sentiamus. aut sentire uideamur quo quidē mo do & Baldasar scribentis hominis inanum & Moses. tum ignem uidit in rubo. tum deum in figura. Secūdū uero. quod est ymaginationis. tum intelligimus cū res ipsas perinde atque apud nos collocatas. conseruatasq3 tanquam in ymagine intuemur quemadmodum usu ēt uenire solet uel in excessum quam εκστασιν græce di

Corradinus

Axeretus

Guarnerius

Axeretus

cimus uel in somno cũ nõ corpora sed imagies corporũ uidemus .ut petrus etiam uigilans uas uidit quadrupe dum .serpentumq; plenum atque uolatilium. Et rex il le ægiptiorum dormiens .uaccas & spicas . eodemque modo Isaias de seipso loquens ait. Vidi dominum sedẽ tem .Sed intelligentiæ cælum dicimus quando neque corpora nec ymagines corporum uidentur sed quadam mentis serenitate iam freti altius tollentes itellectus acu men ad deum media sapientiæ luce ingredimur paulũ igitur ad hanc usque uisionem raptum iustinianus arbi trabatur . Vidisse enim deum non in figura quapiã cor porea sed in se ipso per essentiam Quod autem raptus deinceps esset ad paradisum id gaudium significare cõ tendebat quo hi fruuntur .quibus eiusmodi diuinam es sentiam recto mentis lumine perspicerẽ licet quæ quidẽ interpretatio cum uideretur probata omnibus. At ego i quit Thebaldus non possum francisci barbari sẽtẽtiã non amplecti :qui noua quædam ac prorsus inaudita animo secum meditatus hisce quedammodo uerbis in corona doctissimorum hominum aderãt eim plures mi ra cum lenitate responderit .quanti faciaz inquit singu la uerba iustiniani mei uestrum puto latere neminem . Nam & eius ingenii uim cognoscitis & doctrinæ præ stantiam & diligentiam singularem. Verum quoniam quæ dei sunt soli deo perspecta sunt .Nos enim non tã uerum possumus quam uerisimilitudinem quandam as

sequi quid mihi quoque uideatur ostendam. Equidem triplex illud cælum ad triplex item uirtutis genus referē dum existimo. Alia enim uirtus est intellectus ut scientia & sapientia. Alia rationis. ut calliditas & prudentia Alia moris ut fortitudo temperātia cæteræq; huiusmodi uirtutes quæ circa perturbationes animi uersantur. Nam iter ad paradisum idest ad nostram fælicitatem uirtutum moralium ductu ingredimur. Sed actiōis uirtus ad quam referuntur morales uirtutes omnes ut progrediamur efficit. Solæ autem contemplatiuæ uirtutes quarum princeps est sapientia. ad quam ipsam actio nostra omnis referenda est ut perueniamus se duces præstant. per hunc ergo triplice; uirtutis gradum ascendisse paulum ad paradisum opinor hoc est ad animi summam uoluptatem qua philosophi cristiāi eos frui certo credunt. quibus deo liceat frui. licet autem omnibus q se corporalium sordium expertes per ueritatis religiōis pietatis tociusque uirtutis lauacrum uoluere. Cumque essent qui mirarentur quod & paradisum pro uoluptate statuisset & uoluptatem ipsam humanam esse fælicitatem quasi nouus aliquis Epicurus asseruisset. ita rursū locutus est. paradisus ut omnes scitis. non nostra est sed græca dictio Significat autem hortum quem eundem hebræi appellant eden. quo quidem uerbo delicia signi ficari. nemo negat. Itaq; nos & hebræos secuti & græcos deliciarum hortum nominamus. quibus ipsis na

tura delectari gaudereq; mortales nemo est qui nesciat huiusmodi autem & delectationē & gaudium uno uoluptatis nomine contineri qui negat. Is latine loqui nunquā didicit. Non enim ad corpus uoluptatem duntaxat sed etiam multo magis ad animum referri cum alii plures. Tum Aristoteles docet. prudentia enim ut ad eudemum scribens ad uerbum ait & uirtus et uoluptas i animo sunt. Quam autem uoluptatem Epicurus bonorū finem statuerit uel affirmare uel inquirere non est præsentis neque temporis nec loci. Sed uoluptate contineri ultimum illud humanum bonum quo perfructuri sunt qui reuiuiscent in deo. Non crediderim solum ipse sed aliis credendum tenendumq; conuicerim. nam in diuina illa essentia contemplanda scienda. intelligenda non animus mō noster mirabiliter gaudebit sed corpus quoque icredibili suauitate perfusum gestiet atq; exultabit Quę ubi thebaldus summa cum omnium attentiōe exposuisset iam tempus est inquit Tercius Corradine ut quod de chaldaica philosophia dicturum te proposueras tandem si uidetur coram efferas. Faciam inquit corradinus mō cures pauonē hic ne inter loquendu; putrescat. At quonam modo putrescet inter loquendum cū & coctus sit & putrescere nesciat natura. At idcirco uereor inquit Corradinus quoniam & coctus est & prope modum pullus ac pinguis & ita conditus ut xerxe quopiam dignus uideri queat. & si iocaris Corradie Triulcius subdidit quippe qui cibi sis paucissimi. noli;

Tercius

Corradinus

Triultius

tamen existimes unam esse istiusmodi nobis artem. Sunt enim parate plures quae tempestiue apponentur ac deinceps. Hic ille. Sciebam istud quidem. Itaq; me cum institueram seruare pauonem integrum quo tacito animi iudicio damnares consilium tuum qui tanquam griacones aliquos fuisses formionesue habiturus conui uas. tam multa tam uaria tam exquesita pararis in cæna hominibus præsertim familiaribus tuique amātissimis Itaque te socratem aut pythagoram post hac nobiscum malim q̃ aut lucullum aut etiam masmissam geras. Sȝ hæc hactenus redeo ad chaldæos hi se omnium antiqs simos uolunt qui de maximis & incognitis rebus philo sophari coeperunt. Afferuntque prometheum qui cum de uniuersa natura utiliter pulcherrimeque disseruerit tum de hominis ac fluminis creatione primus ueritatem inuenerit. planetis diuinitatem tribuunt quroum duos bonorum uocant auctores & malorum item duos Tris uero qui medii sint atque communes. Aetatem omnē in philosophando consumunt diuino cultui uehemen ter intenti. Astrorumque peritissimi per diuinandi ar tes res futuras & sacrificando prædicunt & expiando Incantationibus quæ quibusdam remedia præbent ma lorum euitandorum adipiscendorumque bonorum. Au guriique & somnii & prodigii atque omnis monstro rum generis uim atque scientiam tenent omnem. At qui hostiarum uictimarumque noticiam eam habent

qūam qui omnium exactissime. Quæ quidem omnia eo facilius consequuntus q̃ uel græci uel nostri uel barbari quo non quoslibet ut uulgo fieri uidemus sed parẽtes per successionem doctores habent. uacui prorsus reliquis ministeriis. Itaque rerum illustrium optimarum que disciplinas ueluti cum lacte bibentes affatim habitum firmissimum sibi comparant atque pulcherrimuȝ Quod ut efficiant tum ætatis opportunitas tum diuturnitas perseuerantiaque discendi nō difficile præstat. P̃terea mondum sempiternum putant qui neque ortum principio habuerir nec finē habiturus sit ad postremuȝ huius autem & ordinem & dispositionem diuina quadam prouidentia constitisse. Ac nunc etiam quæcunqȝ in cælo fiunt non casu aliquo aut ultro effici sed statuto quoddam incommutabili iuditio eoque diuino. Et quoniam diuturnas admodum astrorum obseruationes fecerint eorūmque singillatim & motionem & uim inter omnis mortales egregie tenent. nimirum futura plura p̃dicunt hominibus. Quinque autem astra illa errantia quos planetas græci & ipsi ερμηνειϲ uocant maxime dicūt esse & speculationis & motus potissimumqȝ saturnum. Solem uero plurimum antecellere qui & plurima & maxima multo ante significet. Sed illos quinqȝ planetas Saturnum. Martem Venerem Mercuriuȝ Iouem & nominari ερμηνειϲ hoc est interprætes quoniam ex aliis astris que tum minime errant tum certū seruant statutum meatum sola hæc meatu proprio suoqȝ utētia res futuras ostendūt ac deorū mentē īterprætant

hominibus. Alia ei3 ortu alia occasu alia colore hi plãe tæ prænuntiant diligenter aduertere uolentibus. Inter dum enim uentorum uim eos ostendere nonnunq̃ im brium & æstuum uehemẽtiam. Quandoque uero co metarũ aduentus eorumque effectus solis præterea lũæ que defectus. Et tum terræmotus tum oĩs uniuersi mõ di imĩnẽtes casus atque euentus qui non gentibus & lo cis solu3. sed regibus quoque priuatisq3 hominibus aut prodesse aut obesse possint. Quantum uideor intelli gere surridens Thebaldus inquit si poggius bambaliõ quempiam chaldæum consuluisset multo anteq̃ pepẽ risset uaggia scire potuisset semimulum infantem futũ rum sibi. Tum Axeretus. si thaletis illius tui sentẽtia ue ra est nullo erat opus chaldæo. quandoquidem uaggia ipsa nosset qui supleuerat uicem scurre. Tum Corradi nus Bambaliones mihi quæso scurrasque omitte. Etẽ3 tã sæpe coepi attẽdite aut me referã ad pauonẽ. Quin pge inquit guarnerius meminerisq3 cã eẽ cẽuiuii uel na turã uel cõsuetudinẽ ut iterdum uolare ẽt liceat. Quare si thebaldus in ethruriam ad terram nouã usq3 tam bre ui momento se sustulerit nõ quandoquidem eadem ce leritate reuolauit ad mẽsam. Vt libet iquit ergo Corra dius. Redeo ad planetas de quibus erat sermo. Sub ho rũ cursũ sydera trigita chaldæi dicũt eẽ posita quos ap pellãt cõsiliarios deos. quorũ qndeci eos ĩtueri locos. q sũt sup terrã. reliq̃ uõ qndeci astra res simul hũanas & quæ in celo sunt consyderare diebus aũt decẽ mitti ea quæ sursum sunt ad ea quæ deorsum & q̃ deorsum ad

thebaldus
Axeretus
Corradinus
Guarnerius
Corradinus

ea quæ ſunt ſurſum quaſi unum aſtrorum nuntiū habereque ſtellas ipſas huiuſmodi impetum definitū ſempiternoque circuitu conſtitutum atq; firmatum. Deos autem quibus uis principatuſq; ſit duodecim numero eſſe dicunt quibus ſingulis ſingulos menſes tribuunt. Per hos autem quibus ſingillatim ſingula nididūt animalium nomina meare ſolem ac lunam & quinq; errātia ſidera Et enim ſolem anno proprium abſoluere circulum at lunam peruadere ſuum ambitum menſe. Sed planetas ſingulos ſingulis ac propriis uti curſibus eaſdēque & mutatas & uarias habere celeritates partitaq; tēpora. Quæ quidem aſtra ualere plurimum uel ad bonum uel ad malum hominum horum & ratione & experientia docent. Atqui per horum tum naturam tum aſpectum maxime noſcere humanos caſus profitentur. Itaq; non nullis regibus quæ his poſtea accidiſſent predixere ſicut alexandro regi macedonum & iis qui poſt alexandrum deinceps regnarunt. Et antigono & ſeleuco in cantori. Quin etiam priuatis hominibus quæ fore prædixerit ita in his ueri inueniuntur ut ſupra homines admirationi ſint. Sed poſt zodiacum circulum ſtellas quattuor ac uiginti ſeligunt quarum duodecī ad meridiem poſitas dicunt. Et harum quæ apparent duodecim uiuis numerant & duodecim eas mortuis quæ nō uidentur. Has autem rerum uniuerſarium iudices appellant. Inferius uero antedictis omnibus lunam propterea ferri dicunt & terræ propinquam quoniam breuis ſit & ad parui tēporis curriculū non q̃a uehemētius

feratur sed quia breuiore utatur circulo. Quod autem lucē alienā habet quodqꝫ eius defectus in causa ē terre umbra minime a grecis discrepāt hoc est quod idē greci eos sequuti tradūt sed de solis defectibus nō tā audacter uerba faciunt. Terrā aūt suis quibusdā demonstrationibus utentes scaphæ simileꝫ affirmant & cauā. Aliasqꝫ permultas ac probabilis rationes adducunt. Et de ipsa terra & de aliis rebus quæ in mondo sunt. Verū ne sim in dicendo prolixior cū in omni philosophia tuꝫ in astrologia cæteris omnibus præstitisse chaldeos & alii antea multi & nouissime habraam confirmauit qui literas omniū primus repperit: & cū alios plures tū egiptios illis ornauit astronomiāqꝫ docuit: & alia quæqꝫ digna memoratu de egyptiis prædicantur eorū fuisse habrahā apud illos auctorē constat: itaque ab illis usqꝫ tēporibus iudeorum more circuncidebātur ægyptii eisdēque utebantur uitæ morumque institutis quibus caldæos didicerant. Quare non est mirandum si plato philosophiæ qua gentilitas usa est deus quidam & de mōdi creatiōe & de diuina essentia ægyptios sequutus diuinitus est locutus quando quidē ea ex habrae moseique fōtibus principio manasset. Nā eos genere fuisse chaldeos contradicit nemo. Quae ubi cū omniū attentiōe & iocunditate locutus est. Quid ais inquit Frāchine. Nū cēses ullos esse ex omni hominū genere q̄ nō mō chaldeis sit atepōendi sꝫ ullo cū illis disciplinarū genere cōparādi. Nempe inquit frāchinus mira sūt que de philo Franchinus
sophiæ inuentione singillatī disseruistis. certi aūt nihil

audio. Nec esse dubitandum putem Corradine si rem
tantam tamq; mirabilem humāe inuentioni dandā; ue
limus cum illis sentire oportere qui tuos chaldæos præ
dicant. Et cur in hanc potissimum partem ferrer ratio
nibus niterer non uulgaribus neq; cotēnendis. Verum
qui ausim quicquam affirmare quod plato maximus il
le philosophus dubitarit diuino certe munere uel ut ait
Cicero inuentione philosophiam mortalibus datam re
or pulcherrimam profecto rem necessariam salutarem
Quid enim aut pulchrius aut admirabilius q̄ rerū cau
sas totamque naturam q̄ diligentissime inquirere peni
tus perspicere dilucide & subtiliter explicare. Quod tā
necessarium tam operepræcium q̄ differendi rationē;
q̄ consequentium & repugnantium rerum iudiciū; ue
ritatemque tenere. Quid porro tam salutare tam fructi
ferum generi humano q̄ liquido itelligere quid expetē
dum in uita quidue fugiendum sit Et ne sim longior q̄
oportet seu actiones hominum siue contemplationes in
spicias nihil magnum nihil laude dignum reperias qđ
non philosophia ipsa pepererit hanc quos physicos uo
cant hanc mathematici hanc theologi parentem habēt.
Quis uero aut rem publicam aut familiam aut seipsū;
instituat nisi huius prius institutis sanctissimisq; præ
ceptis audierit. Itaque non iniuria maxime omnes &
florentissimæ nationes de huiusce tam eximiæ tamq;
diuīe rei auctore cōtendunt. de qua ipsa tamen siquid
haberet certius castellio meus qđ sui uel triarii uel sub si
diarii milites peperissent. faceret perhumane. si id quo

que nos latere nollet. Tū Guarnerius quasi haec tibi ui ro eruditissimo & optimo incognita sint q praeter chri stianam philosophia philosophicam esse nihil ducis. Tum ille perge obsecro nā initiū placet. Dicā sane qđ in re ē. Nā in hucusque locū non tā quid mihi q̄ quid aliis uideret sum ellocutus. Verum ne quis me fortassis accuset ineptitudinis illud nos primum admonitos uelī oportere me i dicēdo aliquāto eē longiorē. Naʒ & refel lēde sūt nō nullae uetustae gentilitatis opiniōes. & quae uerissima eē puto suo quadā ordie atqʒ serie explicāda Hic ad Arasmum respiciens Corradinus denuo inquit nobis Arasme caenādum est proinde quid tibi curāduʒ sit. uide. Nā Guarnerius ut est omni perpolitus urbani tate rursus quantā auguror rem troianā ut aiūt orditur ab orio. Quin opportūius fortasse Guarneri feceris et gratius si quoniā permulta iam dicta sunt disputationē istam omnem in diē posterum distuleris. Cras eniʒ cae naturi sumus ut scis apud Andream biragum hominēʒ gratiosum & perhumanū ubi īterfuturos etiā audio frā ciscum barbauaram & simoninū Gilinuʒ uiros praestā tis & eruditos. Prudenter hortatē Corradius guarneri. Lancelotus excepit. Nā iohannes Ferrufinus cū mane quedā nostracia mecum ut solet cōmentaretē iniecit in terloquendum postridie caenaturum sese apud Andre am biragum simul cuʒ reliquis collegis Cristoforo. uela tino. Nicolaoque arcimboldo. Quare illic si uoles lōge commodius ista tractabis. Nūc si uidetē potes paucis q̄ post iuētionē philosophiae dicēda restabāt uel expedirē

Guarnerius

Corradinus

Biragus

Barbauara

Lancellotus

Arcimboldus

uel ad biragianum item conuiuium reiicire. Vtrunque

Guarnerius inquit Guarnerius mea sententia faciendum est. Nam siquid fuerit quod minus omnino expeditum uideatur sicut forte uidebitur idem quæretur postridie inter cænandum Non enim parua res est philosophia non trita non uulgaris sed quæ de cælo descenderit inter paucissimosque consederit. Nam minime se dignatur quouis hospicio. mentes prauas & impudicas aspernatur philosophia. Etenim quæ sua præsentia bonos facit malis uti nullo pacto possit. Et ut omittam alia fere infinita qui huic sese olim familiarius dedidissent sapiẽtiæ sibi nomen uendicarunt Eiusmodi claruisse proditur Thales milesius qui primus inter eos septem qui sunt sapiẽtes cognominati animorum immortalitatem affirmarit solis defectus æquinoctiaque inuenerit Solon salaminius qui & atheniensibus leges tulit tantaque fuit integritate tanta grauitate tanta animi magnitudine ut pisistratus tyrannis cum æque uereretur atque pertimesceret Chilon lacedemoñius qui eo se ephorum designatum diceret quoniam iniurias perpeti sciret Pythacus mithilenæus apud quem uenia ultioni & uarii ligni hoc est legis principatus reliquis omnibus præstaret imperiis. Bias prienensis cuius singulari illustrique prudentia Alyates bellicosissimus rex lydorum iam prope modum uictor uictus sit Cleobolus lindius cuius nescias animi ne an corporis & robur & dignitatem quibus facile mortalis cunctis anteiret ma

gis admireris Periander chorinthius cuius uel prudēti
am uel iusticiam cum alii multi tum Arion methymne
us cum sæculorum omnium admiratione expertus est.
hi enim sunt quos septem Græciæ sapientes & græca
& latina decantat historia. At ego inquit Lācelotus ali Lancellotus
os quoque fuisse intelligo qui sapientiæ cognomentum
apud græcos meruerint. Nam & anacharsin illum scy
tam cuiusmodo meminit Aloysius & Mysonez chene
um & pherecidē syrium & epimenidem crethensez &
Pisistratum ipsum sapientiæ titulis decorauit antiq̄tas
Quinymo si res altius repetenda sit & homeruz & he
siodum & hiis porro antiquiores. Orpheuz linum mu
sæum sapientes appellatos reperiamus. Sed has tot phi
losophorum scolas atque disciplinas inquit muzanus e Muzanus
quibus principiis manasse diximus. Quæris rem sãe Guarnerius
inquit Guarnerius. nequaquam fortassis inutilem p̄ræ
sertim iis qui se philosophos uel fore uel etiam esse uo
lunt. Quid enim absurdius q̄ eius rei principiū ignora
re: cuius aut scientiam aut familiaritatem aliquis profi
teatur? Neque mea sententia satis est magna quadam
ingenii excellentique ui pollere nisi præstans ad eā eru
ditio doctrinaque accesserit. Itaque uaria ac multa non
discenda solum sed etiam edifcenda sunt. Quare ut ad
ista quæ tempestiue abste queruntur propius accedam
duo inter philosophos philosophiæ principia celebran
tur Ionicum quod habet Thaletem auctorem. & Itali
cum quod pythagoram non philosophi solum nomine

sed ipsa quoq; sapientiae familiaritate, atq; hospicio cũ ctis mortalibus anteponit. Is audito pherecyde syrio primum deinde hermodamonte creophili postero om nibusq; & graecis & barbarorum urbibus peragratis. Ad haec egyptiorum chaldeorũque sacerdotum ac ma gorum familiaritate usus: tandẽ post lustratas extremas terrarum regiones relicta patria. Samo quam polycra tis tyrannide oppressã offenderat in italiam traiecit in coluitq; . crotona: ubi adeo eius nomen circũquaq; emi cuit ut ad trecentos auditores haberet & tamq̃ pro nu mine quodam colleretur tanta erat uiri auctoritas: tan ta grauitas quam sibi ex longinqua illa ac diuersa pere grinatione circa sapientiae praestantiã & laudem com pararat. Is certe uir pithagoras fuit de cuius illustri sũ maque prudentia multo uerius q̃ de ulysse nescio quo diceret homerus quispiam Callentem dic musa uirum qui moenia troye post euersa sacre multumq; diuq; p errans. Et mentes hominum multorũ nouit & urbes: Atqui pythagoram idcirco Italicae philosophie princi pẽ tradunt quoniã in italia magna ex parte & ipẽ phi losophatus est: & suae disciplinae eorumque decretorũ quae ab theoclea sorore didicerat scientiã philosophis reddidit huic successit Telauges filius qui docuit xeno phanẽ colophaniũ cuius auditor parmenides eleates du os habuit preclaros auditores eosque successores Empe doclem Agrigentinum qui dicendi periciam traditur inuenisse. Et Zenonem eleatem quem differendi

facultatis auctorem uolunt .at leucippus successor qui zenonem ipsum audierat. Seu eleates is item fuerit siue abderites ut quidem prodidere siue etiam secundum alios melius docuit Democritum abderitem qui cū plures discipulos habuerit illos tamen nobiliores. Nausiphanem & Nauecidem quos epicurus Atheniensis doctores habuit. Itaque philosophia italica ad epicurum usque propagrata est. Nam epicurus nouis quibusdaʒ ac suis delectatus institutis se nouae sectae auctoreʒ praebuit qui summum bonuʒ in ea posuerit uoluptate quae tocius aegritudinis pro animi ratione expers esset. Sed alterum illud philosophiae principium eo dictu in ioni cū quoniā quod modo memineraʒ Thaletem milesiuʒ principem habuerit .miletum enim Ioniae fuisse urbē sciunt omnes. Hic igitur nullo prorsus suae mirabilis sapientiae usus doctore praeter sacerdotes aegyptiorum auditorem habuit eundemque successorem Anaximandrum milesium qui horologia primus creditur inuenisse. Cuius deinceps discipulus Anaximenes milesius docuit Anaxagoram Clazomenium huic successit Archelaus physicus & ipse milesius qui & iustum & turpe n̄ natura sed lege censebat esse cuius familiaris ac successor Socrares Sophronisci filius qui de moribus disciplinam uel introduxit primus uel unus ex superioribus omnibus maiorem in modum auxit atque illustrauit discipulos habuit ad modum multos. Sed illos certe primarios Platonem Antisthenem aristippum. Et eniʒ

aristippus qui sensus uoluptatem statuisset esse bonorū omnium maximum patria cireneucus filiam habuit paterne discipline doctissimam nomine arctaꝫ quae filiū docuit Aristippum iuniorem qui ex doctrina materna cognomentū adeptus appellatus est metrodidactus hūc audiuit theodorus qui quoniam de deo male sentiret. Atheus primo deinde theus dictus est cui is successit: antipater qui Epitimedem Cirenaicum erudiuit. Huius autem discipulus parabates & auditoreꝫ habuit & successorem hegesiam illum qui a mortis suasu quam plerique ui dicēdi persuaserat pisithanatus uulgo uocatus est Postremus uero cyrenaice huius sectae fuit ipsius hegesiae auditor Aniceris libys qui platonem liberauit e seruitute. At antistenes atheniensis qui ex oratore philosophus fuit cognominatus est primum peripateticus: deinde Cynicus: ita dictus aut a Gymnasio cinosargi ubi uersabatur docens aut απο του κυνος hoc est a cane quoniam qui Cynici sunt appellati uel essent in cauillando castigandoque mordaces uel propter licentiam & obscoenitatem sermonis caninaꝫ quampiam impudentiam repraesentarent aut etiam quia nequaquaꝫ ut canes adularentur. hoc est assentarentur blandirētur ue sed & uerbo potius & uultu & omni corporis motu inuaderent appellarent accusarent uituperarēt. Hic mu

muzanus zanus ad torelli filiū aspiciens. Quid facis inquit puer? Audis blandiri assentari adulari nec quid ea iter se differant quaeris? An haec forsitan didicisti. Tū puer miro quodam. sed libero tamen pudore affectus didicisse

inquit muzanus uideor sed non edidicisse. Itaque rogo te ut istiusmodi uerborum differentias doceas. Assentari inquit Muzanus i uerbis est. sed blandiri i uerbis et rebus cum aut dicimus aut facimus. quicq̃ praeter animi sententiã placendi studio id quod fraude carere nõ potest Adulari uero quod graece. σαινειν dicitur positũ est in ficto quodam & simulato uultu ac gestu corporis dictum quasi adurari ab cauda quã graeci uocant ουραν Nam canes cur cibi quippiam ueluti poscunt motu allu dentis caudae adulantur Non solum igitur Cynici quos guarnerius memoriter & sapienter memorat non assẽtabantur sed ne adulabantur quidem itaque omnia blãditiarum genere uacantes aperto marte ut aiunt in rep̄hendendi flagitii aciem prodibant qualem uidemus fuisse Sinopeum diogenem ipsius Antisthenis discipulũ atque successorem qui canis cognomentum non modo aspernat̃ non est. sed & secutus & usus uocatus est enĩ Cyon. Nã qui uno audierat crates thebanus & cratetis familiaris zeno citticus ab quo deinde Stoici zenonii sũt appellati. nam Stoicos eo dictos ferunt quoniam in porticum quae στοα nominatur & conuenire & differere solerent duoqʒ reliqui tum cratetis zenonisque auditor Cleantes Cassius tum huius successor crisippus Solens uerbis parcebant in puro nemini quorum quidem sapientissimorum grauissimorumqʒ hominũ si nostris tẽporibus esset copia uberem sane ac luxuriantem haberent segetẽ quam uel caperent uel reciderent. Quae eiʒ per immortalem deum nostris saeclis ignota facino

m

ra quæ flagitia quæ nequitiæ? pudet me profecto æta tis nostræ quam pestiferum adeo atque erubescendum statū inuaserit. Verum quæri hæc & lamentari facili us liceat q̃ corrigere. Atqui ego impudentius lapsus sū nescio quomodo qui iam ad calcē propinquantē guar nerium impedierim. Sed te obsecro ut ignoscas inepti tudini meæ. Nam dum huic puero prodesse cupio qui ēt Stoicorū quos mirabiliter ex omnibus philosophis ob eruo in uitiis castigandis mos esset tuam sententiam ueluti confirmās. referre uolui. Itaq; perge quod coepe ras. At ille non modo inquit muzane non es ineptus. sꝫ apte es omnia perpulchreq; locutus. Fecisti autem ami cissime qui laboris partem in hac sectarū cōmemoratio ne tibi ultro desumpseris perhumāeq; feceris. si quæ re

Muzanus liqua sunt uel eadem breuitate percurreris. Hic muzāus quam tibi prouinciam iure optimo expetisti eam ut ab solutissime obeas tuæ constantiæ est eruditionisque sin

Guarnerius gularis. Nam ego ad audiendum me paraui. Tū guar nerius postremus successor inquit disciplinæ Stoice fu it is Chrisippus cuius muzanus meminit At stoici du cebant in bonis nihil preter animi uirtutem Quod eim honestum esset id ne dum summum sed etiam solum bonum existimabant. Nam cætera quæ uel corporeis uel fortunæ habentur in præcio ea non bona sed alii cō moda alii prælata alii indifferentia nominabant Cyni ci autem & Stoici iidem fuere. Etenim nihilo inter se differre uisi sunt nisi quod urbaniore quadam Stoici q a zenone coeperunt & politiore oratione sunt usi. Nam

superiores crates . Diogenes. Antisthenes simplicius ad ueritatem sunt apertiusque locuti. Plato uero athenien sis primus fuit qui academicus dictus est ab academia i qua uersari docereque consueuit. Fuit autem academia ex tribus gymnasiis Athenarum unum . Reliqua enim duo & lycium fuerunt & Cynosarges. priscis autem tem poribus . non academiam sed ecademiam nominatā tra dunt ab ecademo quodam heroe qui eiusmodi palustre gymnasium in suburbiis dicarat. Plato igitur cui nomē fuit Aristocrati Nam plato est appellatus. aut a pectoris latitudine aut quia lata oratione copiosaque uteretur aca demicorum princeps cum mentis humanae imbecilita tem intueretur existimauit nihil esse omnino affirman dum cum ueritas non mortalibus sed soli numini nota sit . Itaqꝫ in contrarias partes differens putabat hoc pa cto q̄ proxime posse ad ueritatem accedere De summo hominis bono dupliciter est locutus . Nam ciuile bonū tripartitum posuit maximum in animo medium in cor pore minimuꝫ in fortuna hoc autem triplici genere bo norū felicitatem actiuam qua uiuimus in societate ciuili constare existimauit : & si uel affirmare non est prop ter decretum disciplinae quam tuebatur omnino ausus sed felicitatem contemplatiuā in sola uirtute animi col locauit huic summo diuioque philosopho. Speusippus successit . Speusipo xenocrates xenocrati polemon hu ic Crantor Crantori Crates Atheniensis sed crates successorem habuit Arcesilaum qui mediae acade miae auctor fuit . Nam qui Arcaesilaum ante

cesserũt ueteres sunt ab posteris academici appellati de inceps successit lacydes quẽ deinde euander phoreus se cutus est Post quem successionem gradatim sigillatim que exceperũt Damon leunteus moschion Euãder athe niensis hegesimus cuius auditor carneades philocomi fi lius quam nouam academiam uocant primus introdu xit huius familiaris ac successor Clithomachus fuisse perhibetur qui Asdrubal appellatus . armadam docuit Academicorum ultimum .nam Aristoteles Stagerites qui diu ac multum platonez audierat maluit se sui simi lem q̃ platonis .Quare non academicus sed peripateti cus est cognominatus uel ab eo qui erat hortus in licio τουπεριπατου ubi cum discipulis philosophatur uel quoniam ambulante alexandro ob morbum quo te nebatur una cum eo Aristoteles doctor ambulare id ei est τῷ περιπατεῖν cogebatur :hic & si plurimum dissentire a platone suo uideri plerunque solet:siquis ta men quæ dicuntur diligentius persistet inueniet profe cto qood & porphirius docet & boetius confirmat iis i rebus maxime cum platone Aristotelem conuenire ubi maxime uidetur uerbis sentire contraria . Itaque idẽ sẽ sit & de triplici illo bonorum gradu & de ipsa felicitate quod platonem aduerterat . Sed quod ille opiari se hic scire profitebatur.Scolæ autem successorem unnm ha buit Tyrtaneum Eresium quem Aristoteles propter elocutionis qua utebatur bonitatem Euphrastum pri mo deinde Theophrastum quasi diuino quodam es ser eloquio nominauit . Et hæc sunt quidem ut ar

bitror primariæ philosophorum sectæ atq; maxime latam ac foecundam uiris doctissimis & sciendi & disserendi copiam præbent q̃q̃ alii sunt qui nouē alii decem sectas fuisse affirmant Nam uarro multo eas maiore numero partitus est de quibus omnibus si uidebitū dicetur apud biragum. Fiet: sane quod mones inquit lāncelotos longe opportunius ac melius. nunc enim satis multa cōmentati sumus Itaque ne lautissimi huius magnificique dominii exhibitori Triultio uiro florentissimo simus fortasse nostro prolixiore sermōe ulla ex parte molestiores nostrarum confabulationum finis esto p̄sertim cum uel nox ipsa nos interuentu suo ad curandæ ualitudinis rationem hortetur. Mihi ne inquit ille molestiores dicam aperte quod sentio. Cumq; esset dicturus interpellat hic idem Tubicen Quod nam inquiens lancelote dominium nobis Arasmus exhibuit? Cupio enim nos singulos dominos quo uestris ego fretus dominiis me tandem ab inopia uendicem. Tum lancelotus surridens Responde tu inquit puer. nam ad torelli filiū se conuerterat huic Tubicini. de dominio. Quid aliud inquit ille respondeam? q̃ quod ex optimis grāmaticis audiui qui dominium dicunt significare & illum cui seruitur & qui mulierum amoribus studet & maritum ipsū prætereaq; omnes q conuiuiis quenq̃ excipiūt domini sūt aueteribus appellati Ex quibus cōuiuia appellari dominia cum alii plures testes adduci possunt. Tum lucillus satyrus qui ait primum domīa atq; sodalicia omnia tollantur. Iure inquit Tubicen dolerem si solus ipse lati

Lancel.

Triulcius

Lācelotus

m 5

ne loqui nescirem. Sed quis non dominium pro domi natu & dominatione dumtaxat usurpat uulgo? Verum tamē si mihi uos istiusmodi quoq; dominos quottidie praestiteritis nihil erit quod inopiam grauem putem. Sed tu interim Arasme uir magnifice loquere aperte quod proposueras. Nos enim abimus quandoquidem & perpulchre caenauimus: & nostra tibi opera in prae

Triultius

sentia opus non est. Itaque Arasmus exilarata facie ita rursus loquutus est. Dilexeram ego semper ante phi losophos quippe quos & aequos quosdam & bonos ui ros opinarer. Nunc autem & amo quidem illos & col lo. In eamque sententiam adducor ut qui philosophiae omnino sit expers eum uix hominem credam. Nam qui minus excolit eam partem qua homo fit is mihi nō multum ab pecude quapiam differre uideatur: Mens enim est qua caeteris animantibus praestamus sumusq; dei similes. hanc autem solis notam esse philosophis & si priusquam in istum sermonem delaberemini me cum ipse existimabam. Nunc tamen ita mihi uideor intelligere ut ea quae oculis cernuntur non enim pmul ta illa & uaria & grauissima quae e sinu philosophiae deprompsisti siue magna pertractatione philosophorū qui in ratiocinando semper contemplandoque uersant̄ tam apte tam copiose tam eleganter referre potuissetis obseruandam igitur rationem colendum intelligentia; per philosophorum consuetudinem familiaritatemque censeo quo & uiui tranquillo atque securo animo esse possimus & cū nature concesserimus sempiterna illa

felicitate ac beatitudine perfruamur. Atqui perlibēter uellem mihi liceret quam sepissime uti huiusmodi uestra consuetudine suauissimisque moribus: quibus suȝ hodie mirifice delectatus. At licebit inquit axeretus: licebit inquam tibi Triulci humanissime semper cuȝ uoles nos modo conuiuas uel accersias uel admittas. Que reliqua sunt postridie auditurus ad biragum accedito: Miraberis enim multa & gaudebis. Interea autē uale Quod itidem omnes ubi honorifice dixissent: responderetque Arasmus pro dignitate comiter ac iocunde discessum est.

axeretus

F I N I S